B. M. II, 178.
X1881027
h. 49,25.
II m 549

Q. D. B. V.

# DE EQVITIBUS, ET EQVESTRIBUS ORDINIBUS,

annuente Summo Numine,

*In celeberrimâ Argentoratenſium Academiâ,*

*PRÆSIDE*

DN. JOH. JOACHIMO ZENT-GRAVIO, D.

Phil. Pract. Profeſſore Ordin. celeberrimo,

*Patrono, Præceptore, atq; Promotore ſuo æternùm devenerando,*

Solenniter reſpondebit

JOH. FRIDERICUS PFEFFELIUS, Auguſtâ-Vindelicus.

*A. O. R. M. DC. XCIII. d. Auguſt.*

*H. L. Q. S.*

---

*ARGENTORATI,*
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

U2.2
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0001-3
DFG

TIBI,

Quem non ſolùm ob ſplendentem Avitam Virtutem,
Clariſſimosque TUÆ GENTIS Heroes,
cultu perenni proſequitur Patria,
*Verùm etiam*
Quem ob dexteritatem, quam tenes in Judicio,
ut ſummum Aſtrææ Statorem
veneratur in eâdem Populus,

VIR

*Generoſe, Maximeque Strenue,*

DOMINE

# PHILIPPE HENRICE
DE
# WICKERSHEIM,

*Prætor atq; Tredecimvir hujus Reip.*
*Graviſſime,*
*Patrone,*

Ob tot beneficiorum nomina, quibus maxime obligatum me animadverto,
ſummo cultu, obſequio ſummo, ſummâq; reverentiâ,
proſequende, colende, venerande:
Hoc exigui, quicquid etiam eſt,
grati animi ergò, quâ poſſe meum obligabit, declarandi,
inq; ulteriorem mei commendationem,
*Sacratum eſto*
*à*
cliente, ob ſumma benefactorum monumenta,
TIBI obſtrictiſſimo,
*Tuique quam Magni Nominis cultore perpetuo,*
JOH. FRIDERICO PFEFFELIO.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0002-9

## §. 1.

DE Equitibus, & Ordinibus equeſtribus, colloquij Academici gratiâ nonnulla ſolenni examini, more majorum, propoſituri, non omnium Ordinum tam ſecularium, quam religioſorum, hiſtoriam explicabimus, quod jam alios feciſſe conſtat; cùm diſſertationis termini vix aliud permittant, quam ut de Ordinibus hiſce militaribus, atque ſodalitiis equeſtribus diverſis, generalia quædam, ad civilem doctrinam præprimis pertinentia, exponantur: Intra quos etiam, Deo annuente, noſtra decurret Diſſertatio.

§. 2. Dicuntur autem Ordinibus hiſce militaribus, atque ſodalitiis adſcripti EQVITES, ab equis nomen pleriſq; gentibus ſortiti, quibus inſervire tenebantur. Unde & Germanorum Ritter/ à reiten; licet non idem ſit, quod Reiter/ etſi hujus originatio ab eadem voce deſcendat. Ipſam vero τοῦ *Equitis* acceptionem quod attinet, conſuetudo nunc obtinuit, ut, ſenſu nimirum vocis hujus *laxiori*, omnes Nobiles Equites dicantur, illorumq; Ordo *Equeſtris* audiat, die Ritterſchafft/ uti in *Receſſibus Imperij* paſſim ordo Nobilium appellatur. Ita Pace Religionis comprehenditur a) die freye Ritterſchafft/ welche ohne Mittel der Kayſerl. Majeſtät unterworffen. Acceptione autem magis *ſpeciali* certæ dignitatis nomen eſt, quo Nobili ſimpliciter ita dicto contradiſtinguitur, eundemque ſuperat Eques, b) cùm Nobiles etiam Equites fieri ſoleant. Ita ſtylo publico der Königlichen Satzung zu Worms/ an. 1495, c) diſtincta mentio fit der Freyen/ Herren/ Ritter/ Edelmañs. Unde

a) *Receß. Imp. de an.* 1555. R. A. *f. m.* 400.

b) *Mauritij diſſert. de Nob. Germ. §. 6.*

c) § võ der Einnahm der Aüfflaa/ in R. A. *f.* 29.

uti ſuperioribus temporibus Equites etiam *Milites* dicebantur, ita Nobiles qui Equites non erant, appellabantur etiam *Servi*, *Miniſteriales*, *Famuli*, ob ſervitia ſcil. quæ in bello, vel aliis negotiis, Principi ſuo præſtabant; quæ prolixius explicantur à *Beſoldo*, d) *Mauritio*, e) & aliis. Hinc in *literis pacti*, quo de forma & ratione regiminis ſui Argentoratenſes inter ſe an. 1482. convenerunt, dicitur: Wir/die Meiſter/ die Räthe/ die Ritter/ die Knechte/ die Bürger. rc. *In Ordinat. Regiminis Auguſt. Vindelic. ann.* 1500. f) ſollen die Ritter und Knechte deß Heil. Reichs/ aus Adelichem Gemüth rc. Apud Germanos etiam jam Taſſilonis Bajoariorum Ducis temporibus, Nobiles, qui non Milites fuerunt, *ſervos Principis* appellatos fuiſſe, ex ejusdem *decreto*, g) legi Bajuvariorum ſubjecto apud *Lindenbrogium*, h) patet. Dicebantur enim *Adelſchalc*, h. e. ſervi nobiles; notante *To ſchalc* ſervum. i) Diſtinxit hinc *Crantzius* k) inter *Nobiles* & *Miniſteriales*: Nobiles hos dici debere negans. *Primi* enim, inquit, *Barones inter Nobiles deputantur, inde Liberi Domini, poſtea Comites, inde Duces, quos appellat Papa nobiles viros. Quid patitur* Miniſterialis, *ut in* hac nobilitatis *appellatione coæquari quærat Duci*. Ita vero ſuperioribus ſeculis loquebantur. Cæterum uti procedente tempore Nobiles ob operam, quam in bello Principi ſuo præſtabant, Milites appellati ſunt, obſervante Dn. *Mauritio* k); ita & cum iidem ſoli fere equis, & agmine equeſtri in Germania & Italia militarent, Equites eosdem vocarunt, explicante *Limnæo*, l) qui de differentia inter Equites, ſpecialiori ſenſu tales, atque Nobiles, ex inſtituto agit. Monet idem, m) in Gallia *Equites* alios dici *honoris*, alios *Ordinis militaris cauſa*. Ex quibus de his in præſenti erit agendum; cum illi non niſi honorarij, & titulares tantum tales ſint, uti in aliis dignitatibus tales etiam reperiuntur, quæ tantum ſunt honorariæ & titulares. Pertinet huc veterum diſtinctio inter *Equites armorum*, & *legum*, ſeu literarum. Ex quibus hi ob officij dignitatem, cui Equeſtrem dignitatem competere dicunt, honoris ergo nominabantur Equites, Togati ſcil. ceu ex *Paſquieri* Diſquiſitionibus laudatus oſtendit *Limnæus*. n)

d) *Theſaur Pract. v.* Adel.
e) *de Nob. Germ.* §. 5.
f) §. Von der Knecht und Ritterſteur.
g) *c.* 7.
h) *Cod. LL. Antiq. f.* 440.
i) *Lindenbrog. Gloſſ. v. adelſchalc.*
k) *Metropol l.* 3. *c.* 11.
k) *l. c.*
l) *I. P. l.* 6. *c.* 2. §. 3.
m) *Notit. Franc. l.* 4. *c.* 1.
n) *l. c. Lit.* C.

§. 3.

§. 3. Satis alias conſtat, Equeſtrem dignitatem honorem fuiſſe militarem, & adhuc eſſe, collatam jam ob præclaram in bello præſtitam operam, jam ut ad ſtrenue & fortiter pugnandum ea decorati excitarentur. Ita *Cominæo* o) ſcriptore, Carolus VIII. Franciæ Rex, inſtante pugna Tarrenſi, *occupatus fuit creandis Equitibus, quod in ejusmodi periculis & anguſtiis fieri conſueviſſe* notat, *excitandi ſtudij & virtutis cauſa*; in propinquo licet exiſtente hoſte, ab eo negotio revocatus fuerit. De quo inſtituto *Nicot* p) ita loquitur: *Plus eſtroitement* Chevalier *eſt prins pour celuy qui eſt armé & decoré par le Roy (ou autre ayant droit de ce faire) des armes & ornemens de Chevalier.* Et cum explicaſſet, quibus ceremoniis id olim fieret, pergit: *Selon cela, on trouve ces phraſes, Chevalier d'accolleé, Chevalier aux eſperons dorez, Chevalier de bataille, de rencontre & d'aſſaut, qui eſt la plus honorable facture de Chevalier, ores que pour l'urgence & precipitation de l'occaſion occurrante, bien peu des dites ceremonies y fuſſent obſervées, & les faiſoit en telles occaſions volontiers le Roy, parce que l'ordre nouvellement par eux receu, les obligeoit à faire plus grand devoir & effort de leurs perſonnes es dites batailles, rencontres & aſſauts, que s'ils n'euſſent receu l'ordre de Chevalerie.* Unde cum honore hoc decorati militiæ conſecrarentur, Equites etiam *Milites*, illorumq; Ordines, tam ſeculares, quam Religioſi, *Ordines* dicti ſunt *militares*. Et ſane ceremonia hæc apud majores noſtros tanti fuit æſtimata, ut etiam Reges, atque Principes, *Armigeri* tantum non Milites dicerentur, niſi pro more ſeculi equeſtri baltheo prius eſſent cincti, h. e. Equites creati. Hinc Frideric. I. Imper. heroici ingenij Princeps, quo equeſtri auctoramento prius ornaretur, antequam cum Ungaris confligeret, quod, uti *Otto Friſingenſis* q) loquitur, *eo usq; in puerilibus annis poſitus, militem nondum induerat*, h. e. inter Equites lectus erat, *in campo armis fuit accinctus.* Pertinet huc *Regula Militaris Ordinis*, apud *Goldaſt.* r) præſcripta Wilhelmo, cum in Regem Romanorum eligeretur à Principibus Imperij, *quod eſſet adoleſcens armiger, ut ſecundum ritum Chriſticolarum Imperatorum Miles fieret, & ut ſecundum Chriſtianam inſtitutionem miles effectus, &*

o) *Bell. Neapol. l. 3. p. m. 856.*

p) *Threſor. V. Chevalier.*

q) *de geſt. Frid. I. Imp. l. 1. c. 32.*

r) *T. III. Conſt. Imp. f. 400.*

 *regulam*

*regulam Militaris Ordinis profeſſus, ex eo diſceret, cujusmodi jugum in Ordine ſuo ſuſceperit.* Quem morem etiam apud Longobardos, Francos, Anglos, gentes à Germanis, apud quos, ceu ex *Tacito* s) docetur, futurus miles in conſilio civitatis armis prius decorari ſolebat, oriundas, conſtat obtinuiſſe, annuente *Camdeno.* t) Torquatorum de cætero Equitum Ordini Reges & Principes hodie adſcribi, notum eſt. Tanti Equitum dignitas adhuc æſtimatur.

§. 4. Cæterum cum Equites fiant, non naſcantur, de jure hos creandi, & cujus ſit Equites creare, paucis etiam diſquirendum. Facit vero hoc Princeps, cum ex jure belli & armorum, tum ex jure conferendi dignitates, quibus Principis fulgor in civibus, cæterisque quibus illæ conferuntur, reſplendet, uti Luna & alia ſidera, de communicato ſibi à Sole ſplendore participant. Nam belli jus quod attinet, complectitur illud facultatem omnia faciendi, quæ pertinent ad Reip. tutelam armatam, qualia ſunt eximie explicante *B. Bœclero,* u) *exercitum conſcribere, dilectum habere, arma comparare, in hoſtem movere, prædas agere, & pœnas & præmia militum moderari.* Creantur enim Equites, vel ut Remp. fortiter pugnando defendant, vel ut ob egregiam præſtitam operam hoc militari honore illorum virtus conſpicua reddatur, uti non ſolum de Equitibus Auratis, ſed & Cruciferis conſtat, imo & Torquatis. Certe ad armatam Reip. tutelam referri debuit deliberatio in Ratisbonenſibus Comitiis ann. 1576. x) & ann. 1603. y) habita, de *Ordine Equitum contra Turcas* inſtituendo. Deinde cum dignitas Equeſtris referri debeat inter radios à majeſtatis ſplendore coruſcantes, vel ab ipſo ſummo Principe, vel non citra ejus auctoritatem, conſenſum atque confirmationem, Equites creari poſſunt, vel ſocietas aliqua Equeſtris inſtitui debet. Gaudent præterea Ordines iſti Equeſtres certis privilegiis, juribus, beneficiis atque honoribus, quibus redduntur illi participes, qui iſti Ordini adſcribuntur: Talia vero ſuo jure nemo aliis concedere poteſt, niſi qui ſummo gaudet imperio. Ne de ſumtibus & neceſſariis reditibus, quos non niſi

magni

s) *German. c. 13. 2.*

t) *Britann. p. 105. ſq.*

u) *Diſſert. Polit. V.*

x) R. A. *de an. 1576.* §. ferners haben wir *f. m. 659.*

y) R. A. *de an. 1603.* §. wie wir auch ohnvergeſſen *f. m. 779.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0006-1

magni & Potentes Principes, magniſque divitiis inſtructi Status præſtare poſſunt, quid dicam, ſine quibus talia inſtituta durare neſciunt. Unde *Gramondus* z) de inſtituto à Gonzaga Duce Niverno Ordine militari diſſerens, *evanuit*, inquit, *breviore, quam creditum, temporis ſpatio inſtitutum. Non deficiebant Niverno Principi in opus arduum dotes animi, natales & virtus; defecit, ſine qua irriti conatus magni, pecunia. Magnorum opus eſt regum, inſtituere duratura in omne ævum ſacra ejus naturæ, quorum indebite jacias fundamenta, niſi per immenſos ſumtus & reditus maximos ſuſtinentur.* Delegata licet etiam & conceſſa idem fieri poſſit poteſtate, factumque ſit. Unde *Camdenus* a) *Eques*, inquit, (loquitur autem de aurato) *vel creatur ab ipſo Rege, vel Regis in exercitu præfecto, idque aut ob bellicam virtutem, aut ob prudentiam.*

z) *Hiſt. Gal. l. 5. p. 268.*

a) *l. c.*

§. 5. Ipſi hinc ſummi Principes non ſolum Equites crearunt, ſed & Ordines certo nomine notatos, & ſocietates Equeſtres inſtituerunt. Imperatores Germanicos in Reges Romanorum coronatos, Equites creare, & creaſſe, ſatis conſtat, teſtaturque de Carolo V. Aquisgrani inaugurato *Hartmann. Maurus* b) apud *Schardium*; c) idem Bononiæ inauguratum feciſſe, docent Acta à *Goldaſto* d) collecta. Soletque Equitum creatio inter illa referri, quæ coronationem Regis Romanorum ſequuntur: Quam & nuper à Sereniſs. Joſepho I. Auguſtæ Vindelicorum 1690. exercitam fuiſſe, Acta publica docent. De conſilio Rudolphi II. Cæſ. Ordinem militarem contra Turcas inſtituendi, modo vidimus. De Ordine militari *Draconico*, cujus auctor fuit Sigismundus Imp. videndus *Petrus Bellojus*. e) Ex Chriſtianiſſimis Francorum Regibus Sodalitium *Equitum S. Michaelis* Ludovicus XI. inſtituit, ceu conſtat ex Diplomate Regio, quo Ordinis hujus ſtatuta & leges continentur. *Rob. Gaguino* f) in vita Ludovic. XI. vocatur *Divi Michaelis regium inſigne aureum.* Ordine autem hoc obſoleſcente, Henricus III. *novum Equitum Collegium à ſe inſtitutum, & nomine S. Spiritus nuncupatum, ſolemni luſtratione celebravit*, explicatum *Thuano*, g) *Buſſierio*, h) aliis. Noviſſime & hoc anno 1693. menſe Aprili,

b) *de Coron Carol. V.*

c) *Tom. II. Rerum German. f. 24.*

d) Politiſ. Reichsh. *P. III. f. 156.*

e) *Origin. ordin. Militar. c. 22.*

f) *de geſt. Franc. l. 10. f. m. 118.*

g) *hiſt. l. 68. init.*

h) *Hiſt. Franc. P. IV p. 186.*

LUDO-

*LUDOVICUS MAGNUS*, *novum Ordinem S. Ludovici*, pure Militarem inſtituit. De quo in publicum emiſſa *Relatio* ita habet: *On publia hier* (d. 14. April.) *un edit, par lequel le Roy inſtitue l'Ordre de S. Louis, dont il ſe déclare le Chef & le Fondateur. Il y appelle tous les Roys ſes Succeſſeurs, les Marechaux de France, l'Amiral & le General des Galeres. Pour y etre admis, il ſufira de faire preuve non de Nobleſſe, mais de ſervice, de valeur, & de profeſſion de la Religion Catolique Romaine. S. M. fait un fond de* 100000. *Ecus de rente, pour l'entretien de cet Ordre.* Formam, ſtatuta, leges, & alia quæ ad hujus Ordinis notitiam faciunt, exhibet *L'Edit du Roy, portant creation & inſtitution d'un Ordre Militaire ſous le titre de S. Louis, dont le Roy ſe déclare Chef Souverain Grandmaiſtre, donne à Verſailles, au Mois d'Avril.* 1693. Apud Anglos auctor celeberrimi Ordinis *Equitum Garterij*, ſive *Periſcelidis*, fuit Eduardus III. Angliæ Rex, de quo *Camdenus*: i) atq; *Thomas Milles.* k) Ne de *Equitibus Balnei*, ab Henrico IV. Angliæ Rege primum conſcriptis, quid dicam. Similiter *Elephantinus* in Dania *Ordo* diſpoſitionis Regiæ eſt, etſi de ejus originibus pauca dici poſſe videatur. Notum interim eſt, Sereniſs. Daniæ Regem hodiernum, Chriſtianum V. an. 1672. novum Ordinem deß Däniſ. Bidermanns introduxiſſe. Apud Suecos Guſtavum I. ſolenni ritu inauguratum, etiam Equites Auratos creaſſe, auctor eſt *Loccenius.* l) Societas *Equitum Aurei velleris* autorem habet Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem, ſcriptore *Meterano*; m) de qua extat *Julij Chiffletij Breviarium hiſtoricum inclyti Ordinis Equitum Aurei velleris.* Principes ejus & Directores hodie, extincta in Carolo Burgundiæ Ducum familia, ſunt Reges Hiſpaniæ. Superioribus etiam temporibus qui Caſtellæ, & Arragoniæ erant Reges, diverſorum Ordinum militarium auctores fuerunt. Sic enim Johannes I. Caſtellæ Rex, *Ordinem Militarem Columbæ* excogitaſſe *Mariana* n) dicitur, *columbæ effigie ex aureo torque radiis ſolaribus diſtincto pendente.* Apud Arragonios Jacob. I. Expugnator dictus, *Redemptionis captivorum Ordinem*, ſub B. Virginis Deiparæ nomine fundavit, de quo *Hieronymus Blanca.* o) Licet cum militia quædam ſacra foret, eundem etiam Pontifex confirmarit: Cujus auctoritate & alij, religioſi inprimis, Ordines milita-

i) *deſcript. Brit. p.* 112.
k) *de Nob. Polit. f.* 160. *ſqq.*
l) *Hiſt. Suec. l.* 6. *p.* 256.
m) *Rer. Belg. l.* 1. *f.* 5
n) *Rer. Hiſpan. l.* 18. *c.* 13. *in Hiſp Illuſtr. t.* 2. *f.* 746.
o) *Comment. rer. Arragonenſ. in H. I. t.* 3. *f.* 614.

militares ſunt inſtituti, atque confirmati. Eodem etiam probante, Principes Ordinum militarium, etiam militiæ ſacræ, quam ſic appellabant, conditores, iſtorum ſibi reſervarunt principatum, uti Coſmus Medicæus, Florentinorum Dux, Ordinis *Equitum S. Stephani* autor, hujus ſe ducem atq; caput conſtituit, cum poteſtate legibus à ſe conditis addendi, detrahendi, abrogandi, eaſdemq; interpretandi, confirmante hanc militiam Pio IV. Pontifice; atq; modo diximus, Hiſpaniæ regem, ex Burgundiæ ducibus familiam ſuam quoque ducentem, caput & Præſidem eſſe Ordinis Equitum Aurei Velleris, ceu in *ſtatutis* p) *ſacræ* hujus *militiæ*, uti *Lazia* q) appellatur, continetur; licet eundem confirmarint Eugenius IV. & Leo X. Pontifices.

p) *art. 1.*
q) *Geneal. Auſtr. l. 1. c. 8. f. 148.*

§. 6. Satis conſtat magnam, ut in aliis, ita in hoc quoq; inſtitutionis Ordinum militarium negotio, vigore ſuprematus in Imperatores etiam & Reges, illorumque temporalia, iſta tempeſtate vehementer prætenſi, Pontificum fuiſſe autoritatem, ita ut non ſolum Ordines ſeculares, quod Eccleſiæ defenſionem præſe ferrent, confirmarent, ceu de ſodalitio Equitum Aurei Velleris modo vidimus; ſed & illorum voluntas & conſenſus ad inſtituendos Ordines Equeſtres religioſos, neceſſario impetrari debuerit, ita ut à ſe omnia ad iſtos pertinentia tandem dependere voluerint. De ſodalitio *Equitum S. Lazari* autor eſt *Thuanus*, r) quod *prima ejus inſtitutione per barbarorum incurſiones, & injuria temporis collapſa, Innocentius III. & Honorius III. circa annum Chriſti 1200. ejus patrocinium ſuſceperint, & poſtea Gregorius IX. & Innocentius IV. privilegia multa conceſſerint, & creandi Magiſtri Ordinis novam formam præſcripſerint: quæ omnia Alexander IV. ſumma liberalitate confirmavit. Et cum Fridericus Ahenobarbus multas eis poſſeſſiones in Calabria, Apulia, ac Sicilia attribuiſſet, eas poſtea Pontificum Nicolai III. Clementis IV. Joannis XXII. Gregorij X. Urbani VI. Pauli II. Leonis X. permiſſu retinuerunt, & magna acceſſione locupletaverunt.* Pius IV. cum plane fere obſoleviſſet hoc ſodalitium, *excitatum multis, ampliſſimisque privilegiis, honoribus, immunitatibus ad inſtar aliarum militiarum ornavit, diplomate ea de re facto, quod*

r) *l. 38. f. 349.*

 *poſtea*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0009-1

*poſtea Pius V. partim revocavit, partim moderatus eſt.* Gregorius XIII. *quo majorem huic militiæ dignitatem conciliaret, ejus principatum in Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem contulit*, qui novas decorando Ordini leges ac ritus auctoritate Pontificis confirmatos, condidit. Æmuli etiam horum, uti *Thuano* s) appellantur, *Joannitæ*, ſeu milites Hoſpitalarij S. Johannis Hieroſolymitani, qui hodie *Melitenſes* dicuntur *Equites*, cum à jurisdictione Patriarchæ Hieroſolymitani ſe ſubtraxiſſent, per Pontificem *à manu & poteſtate ejus ſunt emancipati*, uti loquitur *Wilhelmus Tyrius.* t) Confirmavit Ordinem Clemens III. ut refert ex *Chronicis Prutenicis Hoſpinian.* u) Ab Innocent. VIII. vero obtinuiſſe dicuntur *Thuano*, x) ut Ordo militum S.Lazari extinctus Ordini Hieroſolymitano confunderetur. Sic qui paulo poſt ortus eſt *Templariorum Ordo*, cum, *Wilhelmo Tyrio* y) prolixius explicante, à rege & Patriarcha Hieroſolymitano inſtitutus *prima beneficia ſuſceperit*, à Steph. Patriarcha Hieroſol. & Honorio II. Pontif. regulas & veſtium habitum, ab Eugenio Pontif. autem *crucem de panno rubeo* accepit: de quo *Tyrius*, z) *Jacobus de Vitriaco*, a) & ex illis *Raphael Volaterranus.* b) *Teutonici* quoque *Equites Mariani*, pro more ſeculi, à Pontifice confirmari voluerunt. Principibus Ordinis horum Equitum autoribus, Friderico Suevo,& Herbipolenſi Epiſcopo, aliiſque, Imperatorem Henric. VI. rogandum eſſe videbatur, *ſacri hujus ordinis militum hoſpitalis S. Mariæ in Hieruſalem religionem, apud ſedem Apoſtolicam, cui tunc præerat Cæleſtinus III. impetraret confirmari*, ſcriptore *Crantzio.* c) In Hiſpania etiam, ubi plures ejusmodi ſacræ militiæ ad coërcendos & extirpandos Mauros ſunt inſtitutæ, idem ex denegata Regibus circa ſacra poteſtate, & ablato quoad τὰ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας, ut loquitur ſibi hoc tribuens Conſtantin. M. apud *Euſebium*, d) jure, fecerunt Pontifices, Ordinem *Equitum S. Jacobi de Spatha* diplomate probante Alexandro III. apud *Volaterranum*, e) cum Hyacinthi Cardinalis opera inprimis ſocij paulo ante coaluiſſent: f) Qui & miſſo diplomate *Ordinem Equitum de monte Gaudio in Syria* confirmavit. *Calatravenſem militiam* in Caſtiliæ regno, annu-

s) *l. c.*
t) *Bell. ſacr. l. 18. c. 6.*
u) *de orig. Monach. l. 5. c. 19. f. 331.*
x) *l. c.*
y) *Bell. ſ. l. 12. c. 7. f. 206.*
z) *l. c.*
a) *Hiſtor. Hieroſol. l. 1. c. 31.*
b) *Commentar. Urban. l. 21. f. 244.*
c) *Saxon. l. 8. c. 3.*
d) *l. de Vit. Conſt. M. 24.*
e) *l. c.*
f) *Marian. Rer. Hiſp. l. 11. c. 13.*

annuente & adjuvante Sanctio rege ortam, ejusdem Alexandri III. diplomate confirmatam tradit *Mariana.* g) Eundem Ordinem militarem, cum Eboræ in Luſitania, ubi *Aviſenſis* dictus eſt, ſub peculiari Magiſtro Maurorum depellendorum gratia ab Alfonſo rege ordinatus eſſet, *confirmavit*, ceu refert *Andreas Reſendius,* h) miſſo diplomate Innocentius III. Idem de aliorum Crucigerorum Equitum Ordinibus ſcriptores docent. Inter Ordines vero ab ipſo Pontif. inſtitutos eſt Ordo *Equitum S. ſepulchri* recentior, de quo ex *Megiſero Limnæus.* i)

§. 7. Quæ vero Regibus & Principibus circa Ordinum Equitum Religioſorum inſtitutionem à Pontificibus ſunt relicta, potiora hæc videntur eſſe. *Primo* quod tales militias inſtituere atq; fundare potuerint iidem. Ita namque *Crantzius* k) Equitum Teutonicorum Marianorum primordia explicat. Nimirum cum Fridericus Sueviæ Dux, cæterique Germanorum in Palæſtina adverſus Saracenos militantium proceres, Bremenſes atque Lubecenſes commilitonum ægrotantium curam agere in tentoriis obſervaſſent, *pietatis hoc opere collaudato, inſtituerunt in urbibus domicilia, quibus officium in pauperes plenius quam in tentoriis impleretur, primum fraternitatem pij operis ineuntes; inde etiam militarem Ordinem inchoantes, deputavere ex fratribus, qui domi ſedentes miniſterium pietatis exequerentur, aliis interim foris militantibus:* Quam ſacri Ordinis religionem poſtmodum per Imperatorem Henric. VI. à Pontifice confirmari obtinuerunt. De diverſis in Hiſpania Ordinibus militaribus religioſis contra Mauros inſtitutis, idem referunt rerum Hiſpanicarum ſcriptores. Etiam *Raphael Volaterran.* l) *in Aragoniæ regno,* inquit, *duo ſunt militum Ordines: Primus, S. Mariæ de redemptione captivorum, ſeu de mercede: Cujus autor fuit Jacobus ille* (Aragoniæ rex, *Expugnator* dictus) *qui Baleares inſulas ſubegit: Gregorio nono probante. Alter Ordo Monteſiæ dicitur, qui locus eſt in regno Valentiæ, ab eodem rege, ac eodem fere tempore excitatus, Ordinis Ciſtercienſis, ſub magiſtro & militia de Calatrave.* Ex Regum *deinde* & Principum conſenſu bona ſecularia poſſidebant. Hi enim iſtos Ordines

g) *Rer. Hiſpan. l. 11. c. 6.*

h) *Antiquit. Eborenſ. c. 16.*

i) *I. P. l. 4. c. 2. §. 63.*

k) *Saxon. l. 8. c. 8.*

l) *Comment. l. c. f. 244.*

dotare ſolebant, confirmante licet ut plurimum ejusmodi donationes Pontifice, ne à poteſtate ſeculari revocari poſſent. Ita *Wilhelmo Tyrio* m) ſcriptore, *Hieroſolymitanus rex cum ſuis proceribus, Patriarcha etiam cum Prælatis Eccleſiarum, de propriis Dominicalibus,* militibus Templi Hieroſolymitani *certa quædam pro victu & amictu beneficia ad tempus, quædam in perpetuum contulerunt.* Sanctius etiam Caſtiliæ rex, ut *Rodericus Toletanus* n) refert, Abbati de Fiterio, autori inter primos Equeſtris militiæ & Ordinis Crucigerorum Calatravenſis, *in poſſeſſionem perpetuam dedit villam & præſidium Calatravæ.* Portugalliæ rege *annuente, Ordini Equitum Chriſti,* quorum erat Saracenis Bæticam & Africam incolentibus reſiſtere, notat *Franciſcus Tarapha* o) *omnia bona Templariorum conceſſa eſſe, quo liberius militiæ Chriſti vacarent.* Portugalliæ etiam reges *novis reditibus milites illos donaſſe,* effeciſſeque, ut *nobiliſſimi quique in illum Ordinem aſcriberentur,* præprimis cum Alexander III. *ipſis poteſtatem uxorem ducendi conceſſiſſet,* autor eſt *Coneſtaggius.* p) Leguntur *præterea* reges etiam Magiſtros Ordinum conſtituiſſe. Sic enim Alphonſus XI. Caſtiliæ rex, *Divi Jacobi Magiſtrum dicitur inſtituiſſe Taraphæ;* q) primus licet Ordinis hujus, qui inter Ordines Hiſpanorum militares primum locum obtinere dicitur, Magiſter diploma ſuæ dignitatis à Pontifice, Alexandro III. acceperit, ceu ex *Mariana,* r) & *Æl. Anton. Nebriſſenſ.* s) colligitur: Cujus dein electio, eodem *Nebriſſenſi* t) explicante, *ex ipſius Ordinis conſuetudine atq; decreto ad* Commendatarios pertinebat. Variarunt nimirum iſtis ſeculis tempora, Regibus jam animoſius, jam remiſſius pro ſuis juribus agentibus, prout de Pontificis favore, ejusq; prætenſo in talibus etiam ſuprematu, plus minusve ſibi polliceri poterant; aut prout Ordines Equitum ejusmodi militares ſibi, quod eorum fundatores fuiſſent, obligatos eſſe noverant, & quod eosdem etiam dotaſſent, inde illorum patroni ſingulari jure facti, etiam peculiare aliquod jus Magiſtros Equitum nominandi & conſtituendi acceperant; quale jus Caſtellæ reges circa initia militiæ S. Jacobi de Spatha non videntur conſecuti, ceu docent primæ horum

m) *de bell. ſacr. l. 12. c. 7.*

n) *de reb. Hiſpan. l. 7. c. 14.*

o) *de reg. Hiſpan. Alfonſ. XI. ad ann. 1308. t. I. ſcript. Hiſp. f. 562.*

p) *de Portug. & Caſtell. conjunct. l. 1. ſub init.*

q) *l. c.*

r) *Rer. Hiſpan. l. 11. c. 13.*

s) *Dec. I. l. 2 c. 9.*

t) *l. c. c. 8.*

Equitum Origines à *Mariana* u) & *Nebriſſenſi* x) relatæ. Cum vero poſtea iidem in Luſitaniam admiſſi, *opibus quamvis*, ceu idem refert *Mariana* y) *& oppidis aucti, communi militiæ magiſtro obtemperarent, Dionyſius Luſitaniæ rex novo capite conſtituto, à Caſtellæ eos jure imperioq; exemit*: Ex reipublicæ ratione, qua melius ducebat, ſuos Equites Magiſtro à ſe creato, quam alteri, ab alio Principe conſtituto, ſubeſſe. Alfonſus Henriquez etiam, Luſitaniæ rex, quod Ordinis Equitum Aviſenſium, Eboræ conſtituti, autor fuerit, etiam ibi *caput Magiſtrumque Equeſtris hujus militiæ conſtituere* potuit, conſtituitque, ceu factum tradit *Reſſendius*. z) *A Magiſtro Calatravenſi regni Caſtellæ* per Alphonſum hunc Aviſenſium Ordinem *exemtum*, ſcripſit *Duardus Nonius* contra *Teixeram*. a) *Quarto* etiam Reges illorum Ordinum, quorum vel ipſi primi autores atque fundatores fuerant, vel quos ſuis auſpiciis ab aliis inſtitutos ſciebant, Protectores quoque eſſe voluerunt, quod cum ex ratione ſui ſtatus, tum dignitatis, ita neceſſe eſſe crederent. Ferdinandus certe Legionis rex, condito diplomate Ordinis *Equitum S. Juliani de Pirario*, qui Alcantaræ Equites poſtea audiverunt, ſub ſuis auſpiciis inſtituti, ſe *Protectorem* appellavit: Et Carolus V. Imp. Rhodiis Equitibus inſulam Melitam hac lege occupare conceſſit, ut, memorante *Limnæo*, b) *regem Hiſpaniæ atque utriusque Siciliæ Protectorem agnoſcerent, atque in vicem gratitudinis, quotannis falconem mitterent.* Quos Leges *denique* iisdem etiam præſcripſiſſe autores tradunt. Autor ſane rurſus eſt diligentiſſimus rerum Hiſpanicarum ſcriptor *Mariana*, c) Alfonſum Caſtellæ regem, *Calatravæ militiam optimis legibus atque inſtitutis temperaſſe*: Annuente licet, ut in cæteris, Pontifice. Ratione voti nimirum ſubjecti erant Pontifici, ratione dominiorum, & poſſeſſionum atque bonorum, reges à quibus bona acceperant, vel qui Ordines iſtos fundaverant, & in quorum regno degebant, ut Protectores honoribus proſequebantur.

u) *l. c.*
x) *l. c.*
y) *l. c. 6. 14.*
z) *Antiq. Ebor. c. 16.*
a) *Cenſur. in Teix. libel. c. 30.*
b) *I. P. l. 6. c. 2. n. 54.*
c) *l. 11. c. 16.*

§. 8. Quanquam vero hæc ita ſint, negari tamen nequit, Romanam Curiam, ſupremam quod attinet in Equi-

 tes

tes hos Crucigeros atque religioſos poteſtatem, illa ſibi tribuiſſe jura, quæ ex rectiori diſciplina civili, vigore poteſtatis circa ſacra, & juris armorum, regiminisque Eccleſiaſtici exterioris, non niſi ſummo civili imperio, & ſic Regibus competunt. Horum erat, idque proprio jure, Ordines iſtos Equeſtres, etiam religionis defendendæ gratia inſtitutos, ſi ita videbatur, inſtituere, abrogare, vel cum aliis unire, ſeque ſupremos eorundem Magiſtros conſtituere, certam denique teſſeram, inſigne, ſigillum & vexillum iisdem concedere. Pertinet equidem hodie ad Hiſpanos Reges adminiſtratio Ordinum illuſtriorum, quorum Magiſtri reditus præprimis ingentes perceperant. Ordines iſti ſunt S. Jacobi, cujus cenſus, *Lucio Marineo Siculo* d) notante, eſt 60000. Ducatorum; Alcantaræ, cui 45000. & Calatravæ, cui 40000. redibant. Docetq; *Marineus, quod has dignitates Catholici principes ad ſe tranſtulerint, ſibiq; ſubſtituerint alios, qui præfecti majores appellantur.* Notat vero *Damian. à Goes,* e) hæc dignitatum officia *cum conſenſu Pontificis ad coronam regni devoluta eſſe.* Et ſane erat, cur hic ſoliciti eſſent Reges, ut ipſi potius tantam vim pecuniæ reciperent, & ſimul ſuæ potentiæ & ſecuritati conſulerent, quam ut homines ſingulari voto Pontifici maxime obnoxios, cum damno ærarij eandem accipere ſinerent, ſuamque Nobilitatem alteri, cujus fides merito nonnunquam ſuſpecta eſſe poſſit, ceu Magiſtro, quam ſibi parere permitterent. Ne de damno fiſci quid dicam, quod ceu religioſi, ſi vel maxime non perfecte tales, *exemti* pluribus cenſeantur *à tributis*, uti diſputat atque cenſet contra alios *Trullench.* f) Quare & *Damianus à Goes,* g) cum in Luſitania Magiſtrum Ordinis Chriſti ipſum Regem eſſe dixiſſet, quaſi rationem redditurus, cur, cum peculiares ſuos à Dionyſij regis, Equitum Chriſti autoris, temporibus Magiſtros habuerint hi milites, dignitas hæc ad Portugalliæ reges perpetuo jure perveniſſet, addit: *Miniſterij hujus proventus admodum magni ſunt, inde, quod huic Ordini omnes provinciæ inventæ, tam in Africa, quam in Aſia & Briſilia, cum omnibus inſulis, atque Orientalis Indiæ, annexæ ſint.* Unde *Wilhelmus Tyrius* h) non male *perni-*

d) *de reb. Hiſp. l. 4.*

e) *Hiſpan. conſ. ſcript.* Rer. *Hiſp. t. I. f. 1162.*

f) Explic. Decal. *l. 7. c. 12. d. 5. §. 27. opp.* Moral. *t. 2. f. 262.*

g) *l. c.*

h) Bel. *ſacr. l. 18. c. 6.*

*tioſam*

*tioſam libertatem* vocavit, qua Equites Hoſpitalarij, ſeu Joannitæ, à Pontifice Romano è manu & poteſtate Patriarchæ Hieroſolymitani ſunt emancipati. Non enim latebat iſtos Reges, quantum Reſpublica damni acciperet, ſuaque attenuaretur potentia, ſi in regnis ſuis tam potentes Equitum Magiſtros, Pontifici & Curiæ Romanæ potius, quam ſibi obnoxios experirentur. Talem vero Curiæ Romanæ in ſuos in ſuo Regno Militum Ordines Franciæ Reges non conceſſerunt, Curiæ Romanæ contranitente Curia Pariſienſi. Cum enim, de quo prolixius *Thuanus*, i) Hoſpitalarijs, ſeu S. Joannis Hieroſolymitani Equitibus urgentibus, Innoc. VIII. diplomate Lazari Ordinem Hieroſolymitano confundi ſanxiſſet, ex quo ad notitiam S. Lazari Equitum hoc pervenit, *ab eo tanquam abuſive decreto appellatum fuit ad Senatum Pariſienſem anno* CIↃ IↃ XLIIII. *in quo cauſa agitata, ſecundum appellantes pronunciatum fuit, & revocato Pontificio diplomate decretum, ut Joannitarum & Lazarinorum Equitum ſodalitia deinceps diſtincta & ſeparata eſſent.* Æmarus Caſtus etiam, Melitenſis Eques, cum militiam Lazarinorum, cujus princeps erat, ſuperiori ſeculo inſtaurare in animum induxiſſet, *S. C. Pariſienſis auctoritatem ſecutus* dicitur eidem *Thuano*. k) Eodem in hoc cepto defuncto, qui in ejus locum ſuffectus eſt Philibertus Nereſtanus, à Paulo V. obtinuiſſe quidem dicitur, ut Lazarini Equites Galli, Equites S. Mariæ de monte Carmelo & S. Lazari vocarentur, violacei etiam coloris crucem, B. Virginis effigie inſignem, itemque chlamydi adfixam, exemplo Melitenſium haberent: Verum *l' etat de la France* l) inſtitutionem Ordinis S. Mariæ de monte Carmelo, ejusque cum antiquiſſimo Ordine S. Lazari conjunctionem, tribuit Henrico M. *Le Roy Louis XIV.* vero *à conſtitue des droits, biens, comanderies, privileges & exemptions de cet ordre. Grand Vicaire General de l' Ordre de noſtre Dame du mont Carmel & de Saint Lazare de Jeruſalem,* in Gallia nuper fuit *Marchio de Louvois.*

i) *hiſt. l. 38. f. m 349. ſq*

k) *Hiſt. l. c. f. 350.*

l) *Tom. II. P. I. c. 12. p. 142. ſqq.*

§. 9. Diximus ſupra, conſtatque ſatis, tria fuiſſe genera Equitum: Duo ſecularium, Equitum *Torquatorum &*

*Aura-*

*Auratorum*, atque Religioſorum ſeu *Crucigerorum*. Horum, qui in varios Ordines diviſi ſunt, eſt pugnare ex voto adverſus religionis Chriſtianæ hoſtes, voventque, ut loquitur *Trullench* m) cum aliis, *caſtitatem*, *paupertatem*, *& obedientiam juxta regulam approbatam à Pontifice*. Ita Militibus S. Jacobi in Hiſpania vivendi ratio ſub regula Auguſtini fuit præſcripta teſte *Mariana*. n) Ordo Equitum Calatravenſium, Hiſpanis ſcriptoribus o) vocatur *Ordo Ciſtercienſis militiæ*, quod ſecundum regulam Ciſtercienſem vivere juberentur. p) Equites Alcantaræ primo caſtitatem juxta Benedicti regulam profeſſi, à Paulo III. poſtmodum matrimonij facultatem acceperunt; quemadmodum nec alij Ordines abſolute & plene ad caſtitatem, obedientiam, & paupertatem adſtringuntur. Equites Hoſpitalarij vero, ſeu Joannitæ, *cenſentur*, inquit, *Polydorus Virgilius*, q) *D. Auguſtini Ordinis*: *Dominicam precem certo numero repetitam pro Canonicis recitantes horis*: quod & Teutonicos Equites Marianos facere teſtatur. r) Ex inſtituto de duobus his Ordinibus hoc explicant *Chriſtianus* von Oſterhauſen / *& Joh. Caſpar Venator*. Ille in Bericht wegen deß Ritterlichen Ordens St. Johannis von Jeruſalem zu Malta: s) Hic in Hiſtoriſchem Bericht von dem Marianiſchen Teutſchen Ritter-Orden deß Hoſpitals/unſer L. Frauen zu Jeruſalem. t) *Torquati* vero Equites ſunt certæ ſocietates, quæ alijs *Confraternitates* & ſodalitia dicuntur, ſub Principis alicujus auctoritate inſtitutæ, quibus qui adſcriptus eſt, & certis ejusmodi Ordinis honoribus atque beneficiis gaudet, viciſſimque certis muneribus obligatur. u) Dicuntur ita à torque aureo, qui è collo geſtatur, è quo Ordinis clinodia & inſignia pendent. Varij & horum ſunt Ordines. *Auratos* autem Equites appellant eos, qui in ſimplici Equitum nomine & loco perſiſtentes, non certæ ſocietatis, ſ. ſodalitij vinculo continentur, nec certo Ordini ut Torquati adſcribuntur, in virtutis autem præmium ornantur inſigni aliquo externo, *calcarium* nimirum *deauratorum*, quorum uſus illis ſolis olim erat conceſſus, & aliorum ornamentorum, atq; phalerarum, præ

m) *Explic. Dec. l. 2. c. 2. d. 18. §. 2. T. I. opp. Mor. f. 448*

n) *Rer. Hiſp. l. 11. c. 13.*

o) *Duard. Non. Cenſur. 30. contra Teixer.*

p) *Polyd. Virg. l. 7. c. 5*

q) *Inv. rer. l. 7. c. 5.*

r) *l. c.*

s) *Tit. I. de Reg. p. 15.*

t) *l. 1. c. 1. p. 8.*

u) *Bœcl. Notit. Imp. l. 10. c. 3. p. 248.*

præ cæteris Nobilibus, de quo in *Receſſ. Imp.* x) Nec hi ex eadem cauſa creati leguntur: Cum alios ſolennitatis Curialis gratia, alios virtutis excitandæ, alios præmio aliquo ejusdem condecorandæ cauſa, honore hoc mactatos conſtet.

§. 10. Diverſos tam *Crucigerorum*, quam *Torquatorum* Equitum Ordines in ſuperioribus jam notavimus. Propria hi ſua habuerunt inſignia, clinodia, ſymbola, veſtes, leges & ſigilla, quæ, ſi ita loqui licet, cujusque Ordinis *formam ſpecificam* conſtituebant, conſtituuntque. Inter *Crucigerorum* Ordines *Equites Hoſpitalarij*, qui *Melitenſes* hodie audiunt, veſte utuntur nigra, cruce alba octangulari diſtincta. *Templariorum* veſtis alba erat, inſignita ex inſtituto Eugenij Pontificis cruce de panno rubeo, quam *ut inter cæteros eſſent notabiliores, mantellis ſuis aſſuere cœperant,* ut loquitur *Wilhelmus Tyrius.* y) Ab his quo *Teutonici Mariani* ſe diſcernerent, cruces nigras albis chlamydibus apposuerunt. *Lazarinus Ordo* uti in duo hodie diſpeſcitur ſodalitia, *Mauritianum* & *Carmelitanum*, quorum illud Sabaudis, hoc Gallis eſt receptum; ita S. Mauritij Equites crucem albam pro inſigni habent, Lazarinis Gallis, ſeu S. Mariæ de Monte Carmelo, violacei coloris cruce, B. Virginis matris effigie inſigni, ex collo pendente, atque chlamydi affixa, ſe inſignientibus. In Hiſpania *Equites S. Jacobi* pro inſigni uſurpant rubram crucem, in gladij militaris modum conformatam, & nigræ veſti affixam; cui antiquitus Veneria, ſeu conchula fuit appoſita. Benedict. XIII. crucem rubram quatuor liliis inſignem *Ordini Calatravenſium*, cucullì loco ferendam, aſſignavit. Et cum vexillum militare Equitum S. Jacobi olim in campo aureo rubram crucem, quam & Calatravenſis militiæ inſigne eſſe modo diximus, contineret, quinque veneriæ ſunt additæ, ut diſcernerentur ab aliis: Calatravenſes autem in Ordinis ſui vexillo, circa crucem rubram, ab una parte appoſuerunt duas compedes, ab altera effigiem S. Virginis. *Alcantaræ Equites*, cum Calatravenſium ſodalitio Equeſtri uniti ſuam pirum, cruci rubræ additam, diſtinctionis gratia retinuiſſent, ita Pontificis beneficio à legibus & imperio Calatravenſium ſe eximentes,

x) R. A. *de ann.* 1530. *Reformat.* guter Policey. §. vom Adel. & §. vom Pferdszeug.

y) *Bell. ſacr. l.* 12. *c.* 7.



ab

ab iisdem, Benedicti XIII. indultu, crucis viridis figura in candido ſcapulari fecerunt diſcrimen. Aragonius Ordo militaris *S. Mariæ de Mercede, & redemptione captivorum*, pro nota ſeu teſſera accepit crucem argenteam Eulaliæ Barcinonenſis, rubro in clypeo gentilitiis Cataloniæ Principum inſignis ſuperimpoſitam. Alij alia inſignia pro nota & teſſera Ordinis ſui habuerunt. Quæ prolixius explicantur à *Petro Bellojo*, Conſiliario Tholoſano, in eleganti libello de *Equeſtribus Ordinibus*: *Franciſco Menenio*, Canon. Liran. de *Militar. Ordin. Symbolis, inſign. & originibus*, quibus addendæ *Megiſeri* z) *Deliciæ Ordin. Equeſtr.*

z) *Part. II.*

§. II. Ordines Equitum Torquatorum, ſeu Clinodiorum, complures enarravit *Pontus Heuterus*, a) quando Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem, Ordinèm *Equitum aurei Velleris* inſtituiſſe ait, *ductum exemplo variorum Principum, nimirum Caroli Martelli, qui Ordinem Genettæ inſtituit; Arthi Britanni, qui Equites Menſæ orbicularis verſatilisq; ordinavit; Joannis Francorum regis, qui ſignum ſtellæ ſuis Equitibus & aureæ monetæ dedit; Eduardi III. Anglorum regis, qui ſui Ordinis Equitibus Periſcelidem donavit; Amati I. Sabaudiæ Ducis, qui Annunciationis Virginis Matris Ordinem erexit: cum paulo poſt Reinerus Andium Dux, ſuis figuram Lunæ creſcentis tribueret, quemadmodum Francorum Rex Ludovicus XI. Francos Equites imagine Archangeli Michaelis, Cacodæmonem è cœlo dejicientis, ornari voluit.* Quibus addi poſſunt ſupra jam nominati, Ordo *Equitum Sp.* S. in Gallia, de quo poſt auctores ſupra relatos, etiam legi merentur quæ habet *Gramondus*, b) & *l'etat de la France*, c) & noviſſime inſtitutus *Ordo S. Ludovici.* Ordo *Elephantinus* in Dania, de quo *Moraus*; d) cujus verba etiam producit *Limnæus*; e) *de la banda* in Aragonia, cujus origines explicat *Franciſcus Tarapha*; f) Equites *S. Marci* apud Venetos, & alij, de quibus laudati ſcriptores. Differunt autem Ordines hi non auctoribus tantum, qui & Capita Ordinum dici voluerunt, quique Reges & Principes fuerunt, vel aliæ etiam perſonæ genere illuſtres, auctoritate eminentes: Sic enim in Gallia non ſolum Montmorancij, qui auctores Ordinis Equeſtris *Canis & Galli gallinacei* dicuntur

a) *Rer. Burg. l. 4. c. 3. f. 85.*

b) *Hiſtor. Gallic. l. 5. p. 271.*

c) *Tom. II. P. I. c. 9. p. 215. ſqq.*

d) *Au tableau des armoir. de Franc. p. 276.*

e) *I. P. 6. 2. 50.*

f) *De Reg. Hiſpan. ad ann. 1308. in Alf. XI.*

cuntur apud *Philipp. Moræum*, g) ſed & alij fecerunt, quibus auctoritate & divitiis familiæ ſuæ id præſtare licuit: atque Patronis, quos ſic vocarunt, ex Angelis & B. cœlitibus ad id electis, uti S. Andreas habetur pro Patrono Ordinis Equeſtris Aurei Velleris, h) Michael Archangelus pro Patrono Ordinis conchyliati; i) Georgius pro Patrono Ordinis Periſcelidis; k) Marcus pro Patrono Ordinis Venetorum, aliis alium Patronum ſui Ordinis conſtituentibus: ſed & ſtatutis, ſymbolis, ſignis, clinodiis, ſigillis ſocietatis, togis ſeu palliis, privilegiis atque beneficiis, muneribus item, certisque oneribus, ad quæ adſtringuntur; quæ cognoſci poſſunt ex ſingulorum Ordinum Conſtitutionibus, quarum partem exhibet *Hieronymus Megiſerus*, l) & ex eo *Limnæus*: m) quibus addendus *Petrus Bellojus*. n) Ordinis S. Ludovici, à LUDOVICO M. nuper inſtituti, quænam forma ſit, *Edictum regium* o) ſatis declarat: *L'ordre de S. Louis ſera compoſe de Nous & de Nos Succeſſeurs en qualité de Grands-Maitres, de noſtre tres cher & tres amé fils le Dauphin: & ſous les Rois nos Succeſſeurs, du Dauphin, ou du Prince qui ſera heritier preſomptif de la Couronne, de huit Grands-Croix, de vingt-quatre commandeurs, du nombre de Chevaliers que nous jugerons à propos d'y admettre, & des Officiers cy-aprés etablis*; qui ſunt p) *un Treſorier, un Greffier & un Huiſſier.* Inſignia vero ita deſcribuntur: q) *Tous ceux qui compoſeront le dit Ordre de S. Louis, portent une croix d'or, ſur laquelle il y aura l'image de S. Louis, avec cette difference, que les Grands Croix la porteront attachée à un ruban large, couleur de Feu, qu'ils mettron en écharpe, & auront encore une Croix en broderie d'or ſur le juſt au corps & ſur le manteau. Les commandeurs porteront ſeulement le ruban en echarpe, avec la Croix qui y ſera attachée, ſans qu'ils puiſſent porter la croix en broderie d'or ſur le juſt au corps, ny ſur le manteau; & les ſimples Chevaliers ne pourront porter le ruban en echarpe, mais ſeulement la Croix d'or attachée ſur l'eſtomac avec un petit ruban couleur de feu.*

§. 12. Amat vita hominum ſocialis ordinem bene diſpoſitum, ſine quo uti nulla multitudo, ita nec Equeſtria ſodalitia conſiſtere ſciunt. Incipit omnis bono ordine facta

g) *l. c. p. 274*
h) *Stat. Ord Aur. Vell. n. 3.*
i) *Stat. Ord. S. Mich. Lud. XI. Franc. R. n. 35. ſqq.*
k) *Stat. Ord. Periſcel. n. 3. ſqq. 29.*
l) *l. c. P I.*
m) *Iur. Pub l. 6. c. 2.*
n) *l. c.*
o) *art. 2.*
p) *art. 19.*
q) *art. 3.*

diſpoſitio à primo aliquo. Talì nomine ſub *capitis* dignatione cenſetur Rex & Princeps, auctor Ordinis, ejusque ſucceſſores, qui ſibi poteſtatem reſervat, legibus à ſe conditis addendi, detrahendi, easdem etiam interpretandi, abrogandi; ceu ex Ordinum ſtatutis patet. *Primum volumus*, inquit Philippus Bonus, Burgundiæ Dux, in diplomate, quo Aurei Velleris Ordinem promulgavit apud *Pont. Heuterum*, r) *Ordinem Aurei Velleris conſtare triginta & uno Equitibus, quorum ego dum vixero, princeps caputque ero, ac poſt mortem meam ſucceſſores Burgundiæ Duces.* Hoc nomine poſtea cæſo Carolo Burgundo ad Nancejum, Ludov. XI. Franc. Rex, ut *Gerhardus de Roo* s) refert, *Burgundiæ principatum ad ſe devolutum eſſe, & Aurei Velleris Ordinem à nemine alio, quam à ſe conferri poſſe contendebat*; contranitente cum plerisque Ordinis Equitibus Maximiliano, Caroli Burgundi genero, & comitia Aurei Velleris Brugis celebrante, novorum Equitum & novi capitis creandorum gratia. Reginæ etiam, uti ſceptri, ita hujus quoque dignitatis, capita nimirum ut ejusmodi ſocietatum Equeſtrium fiant, merito cenſentur capaces; uti Eliſabetham Angliæ reginam in ſubligaculi, ſeu Periſcelidis Ordinem Equites recepiſſe conſtat. Cæterum poteſtas hæc non ſemper abſoluta eſt, ſed limitata ſæpius pacto quod capud Ordinis cum membris hoc nomine iniit, & diplomate quo Ordo Equeſtris confirmatur, vel ejusdem ſtatutis, continetur. Ita Ludovic. XI. Franciæ Rex, Caput Ordinis S. Michaëlis, cum conſilio Equitum, quæ addenda legibus Ordinis, interpretanda, & mutanda viſa fuerint, interpretari & mutare ſtatuit, nonnullis licet articulis exceptis, quos nullius poteſtati, ut mutentur, ſubjectos eſſe voluit. t) Refert etiam *Hoſpinianus*, u) Carol. V. Imp. dicere ſolitum, *Duces & Marchiones creandi ſibi poteſtatem eſſe, Equites Velleris Aurei nominandi tantum, creandi autem penes collegas, qui ſoli de virtute cujusq; judicare poſſent.* Maximilianus certe Archidux Auſtriæ, antequam in collegium Equitum *Aurei Velleris* receptus, ſummus & Ordinis & Collegij Princeps ac defenſor crearetur, memorante *Gerardo de Roo*, x) *juraſſe* dicitur. Et quo non perſonarum tantum, ſed & actionum in ejusmodi Collegiis Equeſtribus decens ordo foret,

certos

r) *Rer. Burgund. l. 4. c. 3. f. 86.*

s) *Hiſt. Auſtr. l. 9. f. 327.*

t) *Stat. Ord S. Mich. ſub fin.*

u) *de Orig. Monach. l. 6. c. 57. f. 527.*

x) *Hiſt. Auſtr. l. 9. f. 328.*

certos officiales, qui ſodalitio Equeſtri inſervirent, & certa in Equitum conventu officia adminiſtrarent, conſtitui placuit, *Cancellarium* nimirum, *Theſaurarium*, *Secretarium & Regem armorum*, auctore rurſus *Ponto Heutero*. y) Eosdem Officiales *Ordinis S. Michaelis* conſtituit Ludov. XI. ceu ex regio diplomate, quo Ordinis hujus ſtatuta continentur, patet: z) quibus ſolicite quid vi hujus muneris illis incumbat, explicat. *Ordo Equeſtris Spiritus S.* officiales habet quendam Cancellarium, Magiſtrum ceremoniarum, Theſaurarium, Secretarium, (dicunturque *Grands Officiers*; a) Heraldum & apparitorem. Idem in aliis obtinet Ordinibus. Conventus etiam ſuos agere ſolent, & vi ſtatutorum agere tenentur, certo tempore ſtatutis Ordinis definito, uti *S. Michaelis Ordinis* Equites feſto Michaëlis capituli habendi gratia convenire jubentur. b) *Periſcelidis Ordo* conventum agere quotannis obligatur c) die Georgij, Sodalitij Patroni. *Aurei Velleris* Ordinis Equites feſto Andreæ conventus habendi gratia primo congregabantur, vigore primi ſtatuti, d) ſed Carolus, Burgundiæ Dux, id beneplacito capitis hujus Ordinis reſignavit. Hujus juſſu hodie convocantur, quoties id Ordinis neceſſitas efflagitare videtur, ordinarie tamen non niſi ſemel in anno. Tractari tunc ſolet de illis quæ Ordinem ipſum, ejusque dignitatem, utilitatem, incrementum & conſervationem concernunt. Statuta e) Ordinis *de la banda*, ſeu *faſciæ rubræ*, ipſos etiam Equites ita congregatos luſtrari, qualibusq; armis & Equis utantur explorari, olim præceperunt. Cæſo Carolo Burgundo, ſuperſtites Equites comitia habuiſſe Brugis, novi Præſidis, ſeu *Capitis* Ordinis eligendi, novorumque Equitum creandorum cauſa, ex *Gerardo de Roo*, f) & *Ponto Heutero* g) vidimus, conſtatque.

§. 13. Religioſos vero Ordines Equeſtres quod attinet, uti ratione voti omnes Pontifici ceu capiti ſunt ſubjecti, ita in peculiaria ſodalitia diviſi, Reges & Principes, à quibus partim fundati, partim dotati fuerant, & adhuc ſunt, ceu Protectores coluerunt, ut ſupra explicatum, ſuosque Magiſtros, quibus ſubeſſent ceu capitibus Ordinis, habuerunt, ſub

y) *Rer. Burg.* 4. 8.
z) *art. 25. ſqq. 34.*
a) *L'état de la France T. II. P. I. p. 129.*
b) *Stat. art. 35. ad. Thuan. l. 6. f. 184.*
c) *Stat. ord. Periſc. art. 8. ſqq.*
d) *art. 22.*
e) *art. 29.*
f) *l. c.*
g) *Rer. Auſtriac. l. 1. c. 8. f. 56. add. Thuan. l. 23. f. 703.*

quibus certa quadam ratione ordinabantur. *Magnus Magiſter Equitum Hoſpitalariorum S. Joannis Hieroſolymitani*, qui *Melitenſes* hodie audiunt, ſub ſe habet *Priores* & *Baillivos*, quemlibet in ſua provincia, ut cum Equitibus Ordinis in illa atque *Commendatoribus*, quos ſic vocant, præſit, atq; militiæ hujus in eodem tractu bona adminiſtret; ut Priorem Joannitarum in Germania, Heitershemij ſedem habere in vulgus notum eſt. Majoris conſilij membra ſunt *Præceptores*. Magnus Præceptor Mareſchallus, ſeu Tribunus Equitum, Hoſpitalarius, Admiratus, Draperius, Turcupulerius, & Cancellarius. Pluribus de hoc Ordine egit *Boyſatius*, in Hiſtoria de *hujus militiæ progreſſu, Privilegiis & geſtis*. Diſtinguitur etiam Ordo in tres Claſſes: In *Sacerdotes & Capellanos* qui ſacra curant; in *Equites* qui arma tractant, & *Servientes*, qui ſervorum loco habentur, explicante *Hoſpiniano*. h) *Teutonicus Ordo Hoſpitalariorum S. Mariæ Hieroſolymitanæ* ſub tribus olim in Europa fuit Magiſtris, ſupremo inter illos exiſtente Prutenico, ut refert *Æneas Sylvius*; i) ſub quibus Commendatores fuerunt. Fratrum vero duo ſunt genera: Alij ſacris præſunt, alij militant. De hoc Ordine ex inſtituto nuper egit *Joh. Caſpar Venator*, k) ſupra laudatus, qui totam hanc Ordinis rationem explicatum ivit. Eadem perſonarum & officiorum ordinatio apud alios Ordines ſacros obtinuit. De *Ordine militiæ S. Jacobi* auctor eſt *Æl. Antonius Nebriſſenſis*, l) quod, antequam Hiſpani reges Pontificum auctoritate perpetui Ordinis hujus adminiſtratores fierent, itidem ſub Magiſtris fuerit, ſub quibus duo erant Priores, Caſtellanus, & Legionenſis, qui conventibus provincialibus etiam præſidere ſolebant. Hi Magiſtro Equitum defuncto convocabant Commendatarios tredecim, ad quos Magiſtri electio ex Ordinis conſuetudine, & decreto pertinebat. Inter Commendatarios duo erant qui Majores, vel ut *Nebriſſenſis* m) loquitur, *Maximi* dicebantur; alter Caſtellanus, alter Legionenſis. Et à prima quidem inſtitutione fuiſſe huic Equitum Ordini ſuos Commendatarios, *Vaſæus* n) oſtendit. Cæterum ex quo Hiſpa-

h) *de Orig. Monach. l. 5. c. 19. f. 330.*

i) *Hiſt. de Europ. in Opp. f. m. 420.*

k) *l. c.*

l) *Dec. I. l. 2. c. 8.*

m) *l. c.*

n) *Chron. Hiſpan. ad an. 825.*

Hiſpaniæ Reges ad ſe dignitatem Magiſtri Equitum pertraxerunt, *alios ſibi*, ut ex *Marinæo Siculo* o) jam notatum, *ſubſtituerunt, qui præfecti majores appellantur*; *ſub quibus præfectis ſunt Equites multi commendatarij, magni cenſus.* Poteſtatem in *Ordinem inquirendi, veteri inſtituto Ciſtercienſes Abbates habent*, ut refert *Mariana.* p) In Gallia autem *Ordo B. Mariæ de monte Carmelo, & S. Lazari Hieroſolymitani*, ſub Rege, Ordinis capite & ſupremo Directore, magnum habuit Magiſtrum, juramento regi obnoxium, quem excepit Vicarius Generalis. *Il y a* præterea, ut docet *l'Etat de la France*, q) *cinq Grans Prieurés & 140. Commanderies, de cet ordre. 28. ſous chaque Grand Prieuré, auſquels ſa majeſte nome les Officiers de ſes troupes tant de terre que de mer, qui ont été bleſſés, ou qui ont rendu des ſervices conſiderables.*

*o) Rer. Hiſp. l. 4.*

*p) Rer. Hiſp. l. 16. c. 14.*

*q) Tom. II. P. I. c. 12. p. 144.*

§. 14. Intererat vero paſſim Reip. ut illius Rectores, intuentes ſic ordinatas militias, præprimis potentiores, triplici potiſſimum nomine ſoliciti forent. Primo quod iſtæ militiæ cum ſuo magiſtro ratione voti Pontifici eſſent obnoxiæ, qui in ipſa etiam regum temporalia ſuprematum quendam prætendebat. Hanc ἀνομαλίαν non poterant non ſequi graves morbi, & internæ convulſiones, & ſolutio internæ illius unionis, quæ inter caput & membra eſſe debet. Deinde quod iſti Ordines, à quibus non niſi honorem Patrono & Protectori debitum accipiebant, conſecuti eſſent donationibus, aliisque modis, *potentiam*, uti ipſe *Mariana* r) loquitur, *regiæ æmulam, & formidabilem aliquando*; cum regulæ ſtatus monarchici non probent, ut *in regno quis, vel qui ſint, quorum vires regiis viribus æquiparari queant, quosque adeo frenum mordentes rex metuere cogatur*, ut loquitur *Pufendorf.* s) Denique quod ſui regni Ordines militares ſubeſſent Magiſtro Equitum, qui ſederet in alterius regis ditionibus, quem ceu Protectorem & Patronum coleret. Germaniæ hinc iſtorum temporum calamitatibus edocti Principes, quo ſecuriores eſſent, partim dederunt operam, ut Equitum Magiſtri ex ſuis filiis forent; t) partim in ſuis etiam regnis Ordinum Magiſtros conſtituerunt, ne extero ſubeſſe cogeretur domeſtica militia. u) Optimum tamen omnium fuit viſum, ipſos reges fieri Equitum

*r) Rer. Hiſp. l. 11. c. 13.*

*s) de Rep. irreg. §. 26. diſſert. ſel. p. 353.*

*t) L. Vall. de Ferd. Arag. Reg. l. 1. f. 731. tom. I. ſcr. Hiſp.*

*u) Reſend. Antiq. Ebor. c. 10.*

tum Magiſtros, potentiamque Ordinum, regiæ etiam alicubi æmulam, non niſi ſub regis directione eſſe, & opimos Magiſtrorum reditus regio accreſcere ærario, ad militum vires accidendas.

§. 15. Cæterum *finem* Ordinum inſtituendorum, & uſum eorundem in Rep. quod attinet, diverſimode pronuntiandum, cum ipſi Ordines non ſint ejusdem generis. Et quod *Autor* deſcript. militiæ *Ordinis Jeſu*, de fine religioſæ hujus ſocietatis notat, quod is fuerit *defenſio, & liberatio omnium Chriſtianorum, ab infidelibus vexatorum & oppreſſorum*; id de plerisque Ordinibus religioſis dici poteſt, in certo licet tantum loco armatam iſtam militiam exercere voto profiterentur. Sic enim in Palæſtina *Templariis*, ut *Wilhelmus Tyrius* x) refert, injunctum erat, *ut vias & itinera, maxime ad ſalutem peregrinorum*, ſacra loca viſitantium, *contra latronum & incurſantium* inſidias pro *viribus conſervarent*. Idem finis inſtituti Ordinis *Hoſpitalariorum S. Joh. Hieroſolymitani* fuit, docente eodem *Wilhelmo*, y) atque *Equitum Teutonicorum Marianorum*. Inſtituere enim placuit, *Crantzio* z) ſcriptore, Germanorum in Palæſtina militantibus contra Saracenos Principibus, *Ordinem quendam Germanorum militum, ex nobilium proſapia electum, quorum inprimis eſſet curam pauperum in terra ſancta exiſtentium in ſe ſuſcipere: Deinde ut armis tam terram ſanctam, quam alios Chriſtianorum fines tutarentur*: Quod & ſtrenue non in Aſia tantum, ſed & in Europa, in Boruſſia inprimis atq; Livonia præſtiterunt, ceu hiſtoriæ docent. Florebant tum ſecundum calculum *Baronii*, a) in Hiſpania ſacri *Ordines* militares *S. Jacobi, & Calatravæ*; qui in eundem finem primo inſtituti, idem præſtiterunt, ut vias à Mauris, magnam Hiſpaniæ partem iſta tempeſtate tenentibus, tutas præſtarent & adverſus hos Muhamedanos pugnarent. Hac enim mente inſtitutam non ſolum S. Jacobi militiam Equeſtrem, refert *Mariana* b) diligentisſimus; ſed & Calatravenſem eundem finem habuiſſe tradit. c) *Reſendius* d) etiam Alfonſum Henriquez, Luſitaniæ regem, memorat Eboræ, quod *ſitu, naturaque aptusque locus videretur Mauris debellandis, Magiſtrum Equeſtris militiæ Aviſenſis conſtituiſſe*,

x) *Bell. ſ. l.* 12. c. 7.
y) *l. 18. Bel. ſacr. c.* 5.
z) *Metropol. l. 7. c.* 14. *Saxon. l.* 8. c. 3.
a) *Annal. t. 12. ad an.* 1197.
b) *Rer. Hiſp. l. 11. c.* 13.
c) *l. c. c.* 6.
d) *Antiquit. Eborenſ. c.* 16.

*fuiſſe, eo conſilio, ut inde crebris excurſionibus Mauros expellerent* hi milites. Adverſus eosdem Mauros ex Aragonia ejiciendos, Alfonſus Hiſpaniarum Imperator inſtituit *Ordinem militiæ S. Salvatoris*; cum *Monteſini Equites* ad Valentiana litora adverſus hos barbaros defendenda in ſequentibus temporibus crearentur. Id peculiare fuit, quod Jacob. I. Aragoniæ rex, *D. Mariæ de Mercede*, uti appellatur *Mariana*, e) vel, uti ab *Hieronymo Blanca* f) vocatur, *ſacrum Redemptionis captivorum Ordinem* fundaverit, captivorum Chriſtianorum à Mauris in ſervitutem abactorum redimendorum gratia. Inſtituta enim fuit hæc ſocietas militum, ut, *Mariana* explicante, *corrogatis undique eleemoſynis ſtipe redacta, captivos cum fide redimerent.* Plus honoris & ſchematis externi, quam uſus militaris adverſus infideles, habet mos creandi *Equites Hieroſolymitanos, ſeu ſepulchri J. C.* qui autoritate Pontificis à Guardiano, cui templi, in quo S. ſepulchrum, cuſtodia commiſſa eſt, ritu ſolenni, de quo poſt plures alios etiam *Sandiſius*, g) Anglus, in hunc Ordinem recipiuntur; cum, ceu recte *Schvveiggerus* h) monet, non ſolis his Equitibus, ſed omnibus Chriſtianis iſta præſtare incumbant, ad quæ hi S. ſepulchri Equites obligantur. Neſcio etiam, annon plus ad decus aulæ ſuæ, quam ad ſacram militiam cum magno Reip. incremento adverſus barbaros & infideles inſtituendam, hanc licet præ ſe tulerit, reſpexerit Coſmus Medicæus, Etruriæ dux, *in memoriam victoriæ* à Gallis reportatæ, in publica lætitia collegium Equitum *S. Stephani* inſtituens, de quo *Thuanus.* i)

e) *Rer. Hiſp. l. 12. c. 8.*
f) *Aragon. rer. Comment. Iac. I. an. 1235.*
g) *Itiner. l. 3. p. 351.*
h) *Itin. l. 3. c. 33. p. m. 302.*
i) *l. 14. c. 441.*

§. 15. Quod vero Equites ſeculares attinet, ad militares uſus equidem ordinantur, armatamque, ſi opus, Reipubl. tutelam: Licet nunquam ſic inſtituti fuerint, ut præſtarent, vel præſtare potuerint id pro Rep. quod Ordines religioſos in Palæſtina, Boruſſia, Livonia, Hiſpania præſtitiſſe conſtat, ordinarentur licet ad Chriſti nomen propagandum, & adverſus infideles defendendum, quod rectius tamen aliis mediis propagatur & defenditur: Armis quanquam illorum arma opponere permiſſum ſit, qui propter religionem fideles oppugnant. Supra diximus, ſuperioribus temporibus in Co-

mitiis Germanicis de Ordine militari contra Turcas inſtituendo fuiſſe deliberatum, cum ejusmodi quid jam alij aliis temporibus tentarint. Ne de *Equitibus Liliatis* regni Navarræ quid dicam, *Bernardus Luceburgius* k) auctor eſt, Maximil. I. & Alexandr. VI. Pontif. *Ordinem S. Georgÿ* adverſus Turcas inſtituiſſe. Sic *Aurei Velleris* Equites Principi Ordinis bellum gerenti auxilio venire tenentur; l) quod & Equitibus *S. Michael.* Archangeli præſtandum erat, m) ut & Equitibus *rubræ faſciæ*, ſeu *de la banda.* n)

k) *de ordin. milit.*

l) *Stat. Aur. Vell. Ord. a. 5.*

m) *Stat. Ord. S. Mich. Lud. XI. F. R. art. 6.*

n) *art. Ordin. de la band. a. 27.*

§. 16. Profundioris illud conſilij eſt, quod inter incrementa potentiæ, & modos vires ſuas augendi, ſuisq; partibus addictos illos reddendi, à quibus rebus ſuis aliquod momentum accedere poſſe confidebant, etiam iſtam Ordinum Equeſtrium inſtitutionem retulerint Principes. Unde Ludovicus XI. Franciæ rex, *benevolentiam,* ut loquitur *Gaguinus*, o) *in Britonum Ducem conceptam patefacere meditatus: Divi Michaelis regium inſigne aureum, & torquem per illuſtres nuncios Duci legavit. Quod oblatum munus ille recuſavit, quod per ſuperiores dies, ut fama erat, Vellus Aureum Burgundi Ordinis ſuſceperat; amicus videlicet Burgundionis & ei arctiſſime confœderatus.* Aſt Octavius Parmenſium Dux, cum à Galliæ rege accepiſſet *Conchyliati Ordinis inſigne*, Aurei Velleris torquem abjecit, quem facta rerum & temporum mutatione Duci poſtea Philippus Hiſpaniæ rex reſtituit, ſcriptore *Thuano.* p) Hoc nomine non ſolum noluerunt Principes, ejusmodi ſocietatum Equeſtrium autores, ſuo Ordini adſcriptos alibi in numerum Equitum cooptari, uti Philippum Burgundum, & Ludov. XI. Galliarum Regem, illum Aurei Velleris, hunc Ordinis Conchyliati autorem, ſtatuiſſe conſtat; q) quod ob contraria capitum diverſorum iſtorum Ordinum ſtudia, nemo duorum Ordinum capax eſſe cenſeatur, non admittente id obligatione, qua Equites iſtiusmodi conſtringuntur: Sed & ad famam & pompam amicitiæ, ad ſpeciem item augendæ potentiæ, alios Principes, Reges, Imperatores ad communionem Ordinis & Sodalitij Equeſtris à ſe inſtituti invitarunt, atque admiſerunt, ceu de Aurei Velleris & Periſceli-

o) *Hiſt. Franc. l. 10. f. 148.*

p) *l. 23. f. 703.*

q) *Stat. Ord. Aur. Vell. a. 2. Stat. Ord. S. Mich. art. 1.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0026-2

ſcelidis Ordine inprimis conſtat. Ludovicum XI. etiam Franc. Regem, ex æmulatione quadam cum domo Burgundica, S. Michaelis Ordinem inſtituiſſe, iſtorum temporum hiſtoria, & utriusque Ordinis articuli ſatis docent. Diciturque de Carolo Aurelianenſi, deinde Rege, ſexto cui hoc nomen apud Gallos erat, quod *Hyſtricis* Ordinem; de quo *Megiſerus* s) etiam, Ludovicum licet auctorem nominaverit; ex æmulatione cum Philippo Burgundo, qui Velleris Aurei Ordinem recens inſtituerat, excogitaverit.

s) *Delic. Ord. Eq. P. I. c. 15.*

§. 17. Præter hos fines, id etiam ſpectarunt ejusmodi Ordinum & ſocietatum Equeſtrium Auctores, ut, eximie explicante *B. Bœclero*, t) *Nobilium animi, qui inter pacis & otiy delicias, aut bellorum ferociam facile ſylveſcunt, ad laudabile virtutum temperamentum, vel allicerentur vel adſtringerentur.* Patet hoc ex diplomatibus Principum, quibus Ordinum inſtitutio, atque Statuta continentur, atque Articulis, ad quos Equites ſe adſtringi patiuntur. Incitamenta quippe ſunt ad virtutem, & modeſtiam, ſtudiumque boni ordinis, ignaviæ fugam, amorem fidei & veracitatis, concordiam, morum item elegantiam ſerio commendant & injungunt. Ita Joh. I. Caſtellæ Rex, *Columbæ Ordinem* excogitavit, *aulicis atque Nobilibus ad præclara facinora, avi exemplo honoris ſpecie objecta, incitamentum,* ut loquitur *Mariana.* u) Et Philippus Burgundiæ Dux ipſe ſignificat, x) quod *Aurei Velleris Ordinem* inſtituerit, ceu nobile præmium rerum bene geſtarum, & gerendarum incitamentum, duellis, furore Nobilibus familiari, ſingulari articulo y) interdictis. Eandem inſtitutæ *militiæ D. Michaelis rationem* reddit Ludov. XI. Franc. Rex z) Zu Anreitzung und Auffmunterung aller frommen und Adelichen Gemüther/ zu der Tugend und Ehrbarkeit/ prohibens peculiari lege vindictam privatam duellis exercendam. a) Singulari etiam ratione ad fidem & veritatem colendam Equites leguntur obligati, ceu docent ſtatuta Ordinis *faſciæ rubræ.* b) Unde formula: *Equeſtri fide aliquid ſpondere.* In iisdem articulis peculiare & hoc eſt, quod *Equites rubræ faſciæ* ad omne

t) *Not. Imperij l. 10. c. 3. p. 250.*

u) *Rer. Hiſp. l. 18. c. 13.*

x) *Stat. Ord. Aur. Vel. art. I.*

y) *art. 8.*

z) *Diplom. apud Megiſer. l. c. l. I. c. 8.*

a) *art. 10.*

b) *art. 4. 6.*

c) *art. 16. ſqq. 32. 34.* genus civilitatis ſexui fœmineo exhibendum obligantur, c) matronis nimirum & virginibus.

§. 18. Habent ſcil. iſtiusmodi articuli, inprimis Ordinis *de la banda*, ſeu faſciæ rubræ, complura ejusmodi, quæ haud raro ridicula videri poſſint, *niſi*, quod ſapienter *Bœclerus* d) monet, *ex genio temporis, nationis, auctorisve*, adde & aliarum circumſtantiarum ratione, *æſtimentur*. Inter leges e) ejusdem militiæ inter alia ſic quoque ſancitur: Er (Eques) ſoll in ſeinem Loſament gut Wehr und Harniſch haben/ in ſeinem Stall gute Pferd/ bey ſeiner Haußthür ein guten Spieß/ an ſeiner Seiten eine gute Wehr ꝛc. Ratio legis patet ex *Johanne Vaſæo*. f) *Nam id temporis propter continuos bellorum motus, & nec opinatos Saracenorum inſultus, tam Reges, quam Nobiles, equos & arma eodem quo thalamum loco habebant, ne mora eſſet, quin audito claſſico continuo in procinctu eſſent.*

d) *l. c.*

e) *art. 7.*

f) *Chronic. Hiſpan. ad an. 1012.*

§. 19. Quanquam vero hæc ita ſint, certum tamen eſt, pertinuiſſe quoque, & pertinere adhuc hos Equitum Ordines ad decus & ſplendorem aulicum, qui non parum augetur tot ſelectiſſimorum virorum corona, dignitate, quam nec Imperatores, atque Reges ſuo faſtigio dedecori eſſe judicant, ornatu, & veſtitu ab aliis diſtinctorum, Principi inſervientium. Conſtat ſane ex rerum Belgicarum ſcriptoribus, Ordinem Aurei Velleris in ſingulari veneratione fuiſſe; cum non niſi præſtantiſſimi quique illo condecorarentur. Manet hic ſplendor aulæ, & Ordini ſua dignitas, donec abuſus, quo omnia vileſcunt, accedit, ut in ejusmodi ſodalitium *recipiantur homines obſcuro loco nati, & eo honore indigni*, uti in Luſitania cum Equitum Ordine, qui *Equites Chriſti* vocantur, actum fuiſſe auctor eſt *Coneſtaggius*; g) & alibi alij accidiſſe narrant ſcriptores.

g) *de Portugall. & Caſtil. Conjunct. l. 1.*

§. 20. Eundem uſum & finem habuit mos creandi *Equites Auratos*, virtus nimirum ut honoraretur atque excitaretur; plurimum quanquam ſolennitatis Curialis ſit in conſuetudine creandi Equites, quæ ſolennes Regum & Imperatorum inaugurationes ſequi ſolet. Parem tamen abuſum & hunc ſolennem ſubiiſſe ſæpe ritum, teſtatur, queritur-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0028-3

ſtiturque hoc nomine *Maurus*, h) apud *Schardium*. i) Inter ſolennitates denique inaugurationis & coronationis Ludov. XIII. Franciæ regis, refertur à *Gramondo*, k) quod recens tunc inauguratus Rex poſtridie *Torquato Ordini* adſcriptus fuerit.

§. 21. Quem denique finem inſtitutio *Ordinis S. Ludovici*, ſuperiori menſi Aprili promulgata, habeat, verba *Edicti regii* l) ſatis docent: *Les Officiers de nos troupes ſe ſont ſignalez par tant d'actions conſiderables de valeur & de courage dans les victoires, & les conqueſtes, dont il à plû à Dieu de benir-la juſtice de nos armes, que les recompenſes ordinaires ne ſuffiſant pas à l'affection, & à la reconnoiſſance, que nous avons de leurs ſervices, Nous avons cru devoir chercher de nouveaux moyens pour recompenſer leur zele & leur fidelité. C'eſt dans cette vûë que nous ſommes propoſez d'établir un nouvel ordre purement militaire.* Præmium nimirum fortitudinis, & fidelitatis erga Regem, hujus Ordinis collatio eſſe debet.

§. 22. Excidunt dignitate Equeſtri, qui illa ſunt ornati, ſcelere atque ignavia. Statuta *Ordinis faſciæ rubræ* variis ex cauſis mulctam, aliamque pœnam, dictarunt articulorum hujus ſodalitii tranſgreſſoribus. Penitus Ordine privabatur, qui alterius Regis caſtra ſequebatur. m) *Ordinis S. Michaëlis* Equites in Gallia ſodalitio hoc ejiciuntur ob *hæreſin*, ob *proditionem*, ob *fugam* in bello, ex ignavia & proditorie *ſigna deſerendo factam*. n) Idem ſtatuerant antea articuli *Ordinis Aurei Velleris*: o) contineturque articulis *Ordinis Periſcelidis*, p) qui his antiquior eſt. Sic à Birono, Franciæ quondam Mareſchallo, & læſæ Majeſtatis reo, antequam ſupplicio afficeretur, Cancellarius Parlamenti Pariſienſis *inſigne Sp. S.* *repoſcit, quod ille collo detractum ſtatim reddidit,* ſcriptore *Thuano*. q)

h) *de Coron. Carol. V.*
i) *T. 2. Rer. Germ. f. 24.*
k) *l. 1. Hiſt. Gal. p. 19.*
l) *vid. l'Edit. du Roy portant creation & inſtitution d'un Ordre militaire ſous le titre de S. Louis. add. art. 5. 11.*
m) *Stat. Ord. de la band. art. 28.*
n) *Stat. Ordin. S. Mich. art. 16. ſqq.*
o) *art. 16.*
p) *art. 2.*
q) *Hiſt. l. 128. f. 1028.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0029-2

Εἰδύλλιον.

# ΘΥΡΣΙΣ.

Ἄλιος ὁ κροκόπεπλος ἐκίδνατο ἤδη ἐπ' αἶαν
Μεσσάτιος. δροσεραῖς δὲ πολισκιρτῶντες ἀκάνθαις
Τέττιγες μινυροίπερ ἐμήδοντ' ἀδύτι ἆσμα.
Γάθεε δ' ὠρανὸς ἀστερόεις, καὶ γάθεεν ἁ γᾶ.
Τοὶ ποταμοί, τά τε δένδρεα καλὸν μέλος ἐψιθύρισδε.
Τίτυρος ὡξ ὄρεος, τὸ παρὰ Ῥήνοιο ῥοαῖσιν
Κεῖται, ὅπου Ἔλλοι ἐμμίσγεται ὕδατι ὕδωρ
Βωκόλος, ᾧ Δαμῶντε πατήρ, ματήρ τε Ῥοδανθώ,
Τὰν ἀγέλαν ἤπειγε παρὰ Ῥήνοιο ῥεέθροις.
Πολλὰ δὲ μερμήροντι Νότω πνόα ἄρπασε πολλὰ
Πολλὰ τ' ἀνακεκράξαντι ἁ Ἀχὼ ἀντιβόασεν.
Κῆφεν ὁ Βοῦτας. ὦ Ἀμαρυλλίς, ὦ μάλα δεινά,
Πᾶ σεῦ νῦν ψαύησι, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας,
Πᾶ σεῦ νῦν ψαύησι τὰ χείλεα τ' Ἀλφεσιβοίω;
Ἤ που τῶ Λυκίδα; τότε μοὶ χαλέστερον ἔσαι
Καὶ γὰρ ἐμοὶ Λυκίδας τελέθει φίλος. ἐντὶ δ' ἀοιδός.
Ω μοὶ ἐγώ, τί πάθω; νῦν δωδεκαταῖος ἀλῶμαι,
Ἄθλιος, αὐσταλέος ἀπολώμενος, αἰθελοκοιτεῦν
Ἄξιος οὐδ' ἀριθμῶ, οὐδὲν λόγω. Ἀλλ' ἁ ἔβα μὲν
Πικρὰ δὲ μ' ἐγγελάοισα. Τάτ' ὄμματα τάκεται ἁμῖν.
Ω Νύμφα δελμεῖα, τὺ μὰν ἀδαμαντίνα ἐσσί.
Ω Νύμφα χαρίεσσα, τὰ δ' οὐκ ἔνι καλὰ πιφαύσκεν
Ὅσσά τυ φαιδρύνευντι καὶ ὅσσα μ' ἀποκτείναντι.
Ναί, Ναὶ τὸν χιτῶν' ἀποδὺς τὸν ῥάψεν ἁ Αἴγλα
Αἴγλα τᾶν Νυμφᾶν μαλακωτάτα, ἔνθεν ἀλεῦμαι
Ὥπερ ὁ Ἐλλοπιεὺς τὰ σὰ δίκτυα αὖει, ἐς Ἔλλον
Τοῖα δὲ πάντα στένοντι συνήντετο Δάφνις ὁ ποιμάν
Δάφνις ὁ συρικτάς, πυῤῥότριχος υἱὸς Ἐραννῆς

Κῆφεν

Κῆφεν. Τίτυρε πῶς οὐδ' ἐν ἄλα δώνακι παίσδες;
Ναὶ μὰν χείλεα σεῦ τρυχώμενα αἰὲν ἔφασκεν;
Ἢ πῶς οὐκ οἶδας κάλλιστα τὰ Θύρσιδος ἔργα
Ἐσσόμενόντε κλέος ποτ' ἐς Ἀΐδος οὐ δύῃ ἀχλὺν;
Τὸν δ' ἠμείβετο Τίτυρος, ὦ Δάφνι ποῖ τύ ποθέρπες;
Ἠ περὶ τᾶς πόλεως; ἢ τᾶς μελανόφρυος Αἴγλας
Ἔκ Λιβύας αἰεί τι νέον. Δάφνι τοὶ δέ τι φαμὶ
Τόσσον ἐγὼν γαθῶ περὶ Θύρσιδος, ὅσσον ἐγώνπερ
Γαθήσεν ἥν αἴδυτι μεῦ ποτὶ ποππυλιάσδῃ
Α θυγάτηρ Μερμνῶς ἐλεφαντίνα ἁ Ἀμαρυλλίς.
Φαμὶ γὰρ καὶ πρώαν, ὅκα μεῦ ἔπι κώρρα ἔκυσσεν
Ες τέτορας πίτυας, τᾶν οὔπι πέταλον ἀφέρπῃ
Θύρσιος ἀθανάτως χάελτας κ' ἐγκώμια ἀΐξαι.
Καὶ μὰν αἴκε ποθεῖς. Τέττιγι γὰρ φίλος ὁ τέττιξ
Ασω. Τὰ θεῖα δ' αἱ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι ἐνώμων
Ναὶ μάλα, λέξε Δάφνις, ναὶ Τίτυρε μείλιχα φράσδεις.
Τηνεὶ δ' ἔρπωμες, τηνεὶ σμαραγεῦντι μυρῖκαι
Α γὰρ πίτυς τηνεὶ γλυκερόντι ποτ' ὦτα μελίσδει
Α γὰρ πνοὰ ποταμῶ καλλιρρόω ἄντια ἀχεῖ.
Ἄρχεο Τίτυρ' ἐγὼν ἀγέλαν ἐν τῷδε νομεύσω.
Φᾶ καὶ ὁ βωκολέων λιγυρὰν ἀνεβάλλετ' ἀοιδάν.
Μοῖσαι Ολυμπιάδες ἤνδήποκε προσφιλὲς ὔμμιν
Ἄσα, τὸν εὐφράσδοντα κόρον μάλα λάσδετε Θύρσιν.
Θύρσιν τοὶ κορυδοὶ, τάτε φρύγανα Θύρσιν ἀείδει
Θύρσις τὼς κορυδὼς, τάτε φρύγανα Θύρσις ἀείδει
Φεῦ, φεῦ, Μόψε κακὲ βρεκεκεξβομβοφλυαρωδὲ
Φεῦ, τὸ κακὸν μέλος, ὢ τολμῆς Ἑλικῶνα ποθέρπεν
Ναὶ ῥ' ἀπό ῥιφθάσῃ. ὁ δ' Απόλλων μειδιοώσει.
Θύρσις πολλὰ νοεῖ, Θύρσις δ' ἴδεν ἔσχατα τᾶς γᾶς
Θύρσις λειριόεις τὰν Πάμφυσιν ἐξεδίδαξεν,
Τὼς μύθως πάντωντε Θεῶν πασᾶν τε Θεαινᾶν
Θύρσις δ' ἰσοελκᾶς μάλ' ἐπὶ πλέον ἵκετο Μοίσας.
Ἔγνων πρὰν, ὅκεν ἦμες ἐναντίον Αντιπόδας φᾶ.
Μάργαρις ἁ τρυφερὰ μεμνάμενον ἀμφιπλέκοισα
Καὶ γλυκέως φιλέοισα, καλὸν καλὸν εἶπες, ἔφασκεν.

Ἃ μὲν

Α῾ μεῶν στέμμα δέδωχ' ὅ γε βωκόλος ἐξεγέλαξεν.
Ὡς δ' ἀστὴρ διὰ τῶς Βώτως, ὡς ἅλιος, ἥκει
Τώτ' ἦτοι κλέος ἔσαι ὅσον ἐπιτείνεται αἰθὴρ
Σαῖς χάελτας Σύελγξ τὼ Τιτύρω αἰὲν ἀείσει.
Η μὰν, Δάφνις ἔφασκεν, ἀλάθεα πάντα μελίσδεις
Νὺξ δ' ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι.

H. D. A. S.

a

**Joh. Georg. Schmidt.**
**Argent.**

S P H A L M A T A.

*Pag.* 3. *lin.* 27. *pro* Frideric. I. *leg.* Geyſa Hungar. Rex.
*lin.* 29. *pro* Ungaris, *leg.* Auſtriis.
*pag.* 15. *l.* 19. *pro* crucem albam, *leg.* crucem viridem & albam.

# EDIT DU ROY.

## *Portant Creation & Inſtitution d'un Ordre Militaire ſous le titre de* S. LOUIS, *dont le Roy ſe declare Chef ſouverain, Grand-Maître.*

LOUIS, par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre : A tous preſens & à venir, Salut. Les Officiers de nos Troupes ſe ſont ſignalés par tant d'actions conſiderables de valeur & de courage dans les victoires & les conquêtes dont il a plû à Dieu de benir la juſtice de nos armes, que les recompenſes ordinaires ne ſuffiſent pas à l'affection & à la reconnoiſſance que Nous avons de leurs ſervices, Nous avons crû devoir chercher de nouveaux moyens pour recompenſer leur zele & leur fidelité. C'eſt dans cette vûë que Nous nous ſommes propoſé d'établir un nouvel Ordre purement Militaire; auquel, outre les marques d'honneur exterieures qui y ſeront attachées, Nous affecterons en faveur de ceux qui y ſeront admis, des revenus & des penſions qui augmenteront à proportion qu'ils s'en rendront dignes par leur conduite. Nous avons encore reſolu qu'il ne ſera receu dans cet Ordre que des Officiers de nos Troupes, & que la vertu, le merite, & les ſervices rendus avec diſtinction dans nos Armées, ſeront les ſeuls titres pour y entrer. Nous apporterons même dans la ſuite une application particuliere à augmenter les avantages de cet Ordre; en ſorte que Nous aurons la ſatisfaction d'eſtre touſjours en état de faire des graces

aux Officiers; & qu'eux de leur côté voyant des recompenſes aſſurées à la valeur, ſe porteront de jour en jour avec une nouvelle ardeur à tâcher de les meriter par leurs actions. A CES CAUSES, de l'avis de nòtre Conſeil, & de nòtre certaine ſcience, pleine puiſſance & autorité Royale, Nous avons creé, inſtitué & érigé, créons, inſtituons & érigeons par ces Preſentes, un Ordre Militaire ſous le nom de *ſaint Loüis*, & ſous la forme, Statuts, Ordonnances & Reglement qui enſuivent:

PREMIEREMENT,

Nous nous declarons Chef ſouverain, Grand-Maître & Fondateur dudit Ordre. Voulons que ladite Grande Maîtriſe ſoit unie & incorporée, comme de fait nous l'uniſſons & incorporons par ces Preſentes, à nòtre Couronne, ſans qu'elle en puiſſe jamais eſtre ſeparée par Nous ny par les Rois nos Succeſſeurs, pour quelque cauſe & occaſion que ce puiſſe eſtre.

II.

L'Ordre de S. Loüis ſera composé de Nous & de nos Succeſſeurs en qualité de Grands-Maîtres, de nòtre trés-cher & trés-aimé fils le Dauphin; & ſous les Rois nos Succeſſeurs, du Dauphin, ou du Prince qui ſera heritier preſomptif de la Couronne, de huit Grands-Croix, de vingt-quatre Commandeurs, du nombre de Chevaliers que nous jugerons à propos d'y admettre, & des Officiers cy-aprés établis.

III.

Voulons que tous ceux qui composeront ledit Ordre de S. Loüis, portent une Croix d'or, ſur laquelle il y aura l'image de ſaint Loüis, avec cette difference, que les Grands-Croix la porteront attachée à un ruban large, couleur de feu, qu'ils mettront en écharpe, & auront encore une Croix en broderie d'or ſur le juſtaucorps & ſur le manteau. Les Commandeurs porteront ſeulement le ruban en écharpe

avec

avec la Croix qui y ſera attachée, ſans qu'ils puiſſent porter la Croix en broderie d'or ſur le juſtaucorps ny ſur le manteau; & les ſimples Chevaliers ne pourront porter le ruban en écharpe, mais ſeulement la Croix d'or attachée ſur l'eſtomac avec un petit ruban couleur de feu.

IV.

Nòtre intention eſtant d'honorer le plus qu'il Nous eſt poſſible ledit Ordre, Nous declarons que Nous, nòtre trés-cher & trés-aimé fils le Dauphin, les Rois nos Succeſſeurs, & ſous eux les Dauphins ou heritiers preſomptifs de la Couronne, porteront la Croix dudit Ordre de ſaint Loüis, avec la Croix du ſaint Eſprit.

V.

Nous entendons auſſi decorer dudit Ordre de ſaint Loüis les Maréchaux de France, comme principaux Officiers de nos Armées de terre; l'Amiral de France, comme principal Officier de la Marine; & le General de nos Galeres, comme principal Officiers de nos Galeres, & ceux qui leur ſuccederont és dites Charges.

VI.

Declarons les Ordres de ſaint Michel, & du ſaint Eſprit, & celuy de ſaint Loüis compatibles dans une même perſonne, ſans que l'un puiſſe ſervir d'excluſion à l'autre, ny les deux au troiſiême.

VII.

Nous nous reſervons à Nous ſeul, & aux Rois nos Succeſſeurs en qualité de Chefs & Grands-Maîtres dudit Ordre de ſaint Loüis, le choix & la nomination, tant des premiers Grands-Croix, Commandeurs & Chevaliers, que de ceux qui ſeront admis à l'avenir en chacun de ces rangs; en ſorte neantmoins que les Grands-Croix ne pourront eſtre tirés que du nombre des Commandeurs, ny les Commandeurs que du nombre des Chevaliers; le tout par choix,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0035-2

& ainſi que Nous & Nos Succeſſeurs le jugeront à propos, ſans eſtre obligez d'obſerver l'ordre d'ancienneté.

VIII.

Les Grands-Croix, les Commandeurs, & les Chevaliers ſeront tousjours & à perpetuité, tirés du nombre des Officiers ſervans dans nos Troupes de terre & de mer; en ſorte neantmoins qu'il y ait tousjours un deſdits Grands-Croix, trois deſdits Commandeurs, & le huitiême du nombre des Chevalliers employés és eſtats des revenus & penſions cy-aprés ſpecifiées, qui ſeront tirées du nombre des Officiers de la Marine & des Galeres.

IX.

Dans les Ceremonies & Aſſemblées de l'Ordre de S. Loüis les principaux Officiers de terre & de mer cy-deſſus nommés, tiendront le premier rang aprés Nous, nos Succeſſeurs les Dauphins ou preſomptifs heritiers de la Couronne, & les Princes de nòtre Sang que Nous y aurons admis; les Grands-Croix precederont les Commandeurs, & les Commandeurs les ſimples Chevaliers; & entr'eux ils garderont chacun dans leur rang, ſçavoir, les premiers l'ordre dans lequel Nous les aurons nommés, ſuivant l'état qui en ſera par Nous arrêté & ceux qui ſeront pourvûs enſuite, l'ordre de la datte de leurs Proviſions.

X.

Et neantmoins ceux qui auront auſſi l'Ordre du ſaint Eſprit, comme eſtant honorés des deux Ordres, precederont les Grands-Croix, Commandeurs, & Chevaliers qui n'auront que l'Ordre de ſaint Loüis.

XI.

Voulons qu'aucun ne puiſſe eſtre pourveu d'une place de Chevalier dans l'Ordre de ſaint Loüis, s'il ne fait profeſſion de la Religion C. A. & R. & s'il n'a ſervi ſur terre ou ſur mer en qualité d'Officier pendant dix années.

XII.

## XII.

La profeſſion de la Religion C. A. & R. ſera juſtifiée par une atteſtation de l'Archevêque ou Evêque Dioceſain, & les ſervices par nos Brevets, Commiſſions ou Proviſions, & par les Certificats des Generaux & Commandans de nos Troupes de terre & de mer.

## XIII.

Les lettres ou Proviſions que Nous accorderons à ceux qui auront eſté par Nous choiſis pour eſtre Chevaliers dudit Ordre de ſaint Loüis, ou pour monter aux places de Commandeurs ou de Grands-Croix, ſeront ſignées, ſçavoir, pour les Officiers ſervans dans nos Troupes de terre, par le Secretaire d'Etat qui a le département de la Guerre & pour les Officiers de mer, par le Secretaire d'Etat qui a le département de la Marine & des Galeres: Et les unes & les autres ſeront ſcellées du Sceau dudit Ordre de ſaint Loüis, qui demeurera entre les mains de nôtre amé & feal le Chancelier de Garde des Sceaux de France. Voulons que les atteſtations, copies des Brevets & Commiſſions, & autres pieces juſtificatives des qualités requiſes pour entrer dans ledit Ordre, ſoient attachées ſous le contreſcel des Proviſions des Chevaliers.

## XIV.

Le Chevalier pourvû ſe preſentera devant Nous pour préter le ſerment; auquel effet il ſe mettra à genoux, jurera & promettra de vivre & mourir dans la Religion C. A. & R. de Nous eſtre fidele, & de ne ſe départir jamais de l'obeïſſance qui Nous eſt dûë, & à ceux qui commandent ſous nos ordres; garder, défendre & ſoûtenir de tout ſon pouvoir nòtre honneur, nòtre autorité, nos droits & ceux de nòtre Couronne, envers & contre tous; de ne quitter jamais nòtre ſervice, ny aller à celuy d'aucun Prince Etranger ſans nòtre permiſſion & agrément par écrit; de Nous reveler tout ce qui viendra à ſa connoiſſance contre nòtre

Perſonne & nòtre Etat ; de garder exactement les Statuts & Reglemens dudit Ordre, & de ſe comporter en tout comme un bon, ſage, vertueux & vaillant Chevalier doit faire: le tout ſelon la formule dont il ſera fait lecture par le Secretaire d'Etat qui aura expedié leurs Proviſions.

XV.

Aprés que le Chevalier pourvû aura prêté ſerment en cette forme, Nous luy donnerons l'accolade & la Croix; duquel ſerment & accolade il ſera expedié & ſigné par le même Secretaire d'Etat, un Acte ſur le replis des Proviſions.

XVI.

Ceux qui auront eſté par Nous pourvûs des Places de Chevaliers dudit Ordre de ſaint Loüis, ſeront tenus aprés qu'ils auront preſté le ſerment, & receu l'accolade, de preſenter, ou en cas d'abſence pour nòtre ſervice, ou autre legitime empeſchement, de faire preſenter à l'Aſſemblée qui ſera tenuë le jour de ſaint Loüis, ainſi qu'il ſera dit cyaprés, leurs Proviſions, pour y en eſtre fait lecture: enſemble des pieces y attachées, aprés quoy elles ſeront enregiſtrées dans les Regiſtres de l'Ordre, & renduës enſuite aux Chevaliers par le Greffier, qui fera mention de ladite lecture & enregiſtrement ſur les Proviſions ſans frais.

XVII.

Les Chevaliers & Commandeurs qui auront obtenu nos Lettres pour monter aux places de Commandeurs & de Grands-Croix, les preſenteront ou feront preſenter pareillement à la même Aſſemblée, pour y en eſtre ſeulement fait ſemblable lecture & enregiſtrement ſans frais, & ſans qu'ils ſoient tenus prêter un nouveau ſerment.

XVIII.

Les Grands-Croix, Commandeurs & Chevaliers qui auront contrevenu à quelqu'une des obligations de leur ſerment ou autrement, forfait en leur honneur, & commis

acte

acte indigne de leur profeſſion & de leur devoir, ou crime emportant peine afflictive, ou infamie, ſeront privés & degradés dudit Ordre, ainſi qu'il ſera par Nous ordonné.

XIX.

Il y aura trois Officiers dudit Ordre de ſaint Loüis, ſçavoir, un Treſorier, un Greffier & un Huiſſier, qui ſeront auſſi par Nous choiſis & pourvus, aux honneurs, gages & fonctions cy-aprés ſpecifiées, & dont les Proviſions ſeront expediées par les Secretaires d'Etat ayans le département de la Guerre, de la Marine, & des Galeres alternativement.

XX.

Les Officiers nouvellement pourvûs prêteront ſerment dans l'Aſſemblée du jour de ſaint Loüis, entre les mains de celuy qui y preſidera, de faire bien & fidelement la fonction de leurs Charges, & d'obſerver chacun exactement les Statuts & Reglemens qui les concernent, & ne recevront point l'accolade, pourront ſeulemnt porter la Croix d'or comme les ſimples Chevaliers.

XXI.

Le Treſorier de l'Ordre de ſaint Loüis ſera tenu de donner caution, qui ſera receuë par le Secretaire d'Etat qui aura expedié ſes Proviſions, juſqu'à la ſomme de 20000. liv. pour la ſeureté de ſon maniement; & de remettre les Actes, tant dudit cautionnement, que de la reception de la caution, au Greffier de l'Ordre, pour en eſtre fait lecture à l'Aſſemblée immediatement avant qu'il prête le ſerment; aprés quoy leſdits Actes ſeront enregiſtrés, & mis dans les Archives de l'Ordre.

XXII.

Tous les Grands-Croix & Commandeurs, & Chevaliers dudit Ordre de ſaint Loüis, qui ne ſeront point retenus par maladie, abſence pour nôtre ſervice, ou autre legitime empeſchement, ſeront tenus de ſe rendre tous les ans le jour & Feſte de ſaint Loüis auprés de nôtre Perſonne, de

Nous

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0039-7

Nous accompagner tant en allant qu'en revenant, à la Meſſe, qui ſera celebrée le même jour dans la Chapelle du Palais où Nous ſerons, & d'entendre devotement la même Meſſe, pour demander à Dieu qu'il luy plaiſe de répandre ſes benedictions ſur Nous, ſur nòtre Maiſon Royale, & ſur nòtre Etat.

XXIII.

L'aprés-dîné du même jour & Fête de ſaint Loüis, il ſera tenu une Aſſemblée dudit Ordre dans un des appartemens du Palais où Nous ſerons, que Nous ferons preparer à cet effet; & ſeront tenus les Grands-Croix, Commandeurs & Chevaliers qui auront aſſiſté le matin à la Meſſe, enſemble les Officiers, de ſe trouver à ladite Aſſemblée.

XXIV.

Nous aſſiſterons en perſonne, autant que nos autres occupations le permettront, à l'Aſſemblée du jour & Fête de ſaint Loüis, & aux autres Aſſemblées que Nous jugerons à propos de convoquer extraordinairement : Voulons que lorſque Nous n'y ſerons pas preſens, nòtre tres-cher & tres-aimé Fils le Dauphin, & en ſon abſence les Princes de nòtre ſang que Nous aurons faits Chevaliers dudit Ordre de ſaint Loüis, & les Principaux Officiers de Terre & de Mer cy-deſſus nommés, y preſident ſelon leur rang, & à leur deffaut le plus ancien Grand-Croix, Commandeur ou Chevalier de ceux qui s'y trouveront.

XXV.

Il ſera procedé tous les ans dans la même Aſſemblée du jour de ſaint Loüis à l'élection qui ſera faite à la pluralité des ſuffrages de deux Grands-Croix, quatre Commandeurs, & ſix Chevaliers dudit Ordre de ſaint Loüis, pour avoir la conduite & prendre ſoin des affaires commune de l'Ordre pendans l'année qui commencera le même jour; & ſeront tenus ceux qui ſortiront de Charge, de faire dans la même Aſſemblée leur rapport de ce qu'ils auront fait & geré dans

les

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0040-9

les affaires de l'Ordre pendant le cours de l'année precedente.

XXVI.

Le Greffier aura deux Regiſtres, l'un dans lequel il enregiſtrera toutes les Lettres, & Proviſions qui auront eſté par Nous accordées aux Grands-Croix, Commandeurs, Chevaliers & Officiers, & l'autre dans lequel il écrira tout ce qui ſe fera dans les Aſſemblées & deliberations qui y ſeront priſes; leſquels Regiſtres aprés qu'ils auront eſté remplis, ſeront remis aux Archives.

XXVII.

Le Regiſtre des deliberations ſera paraphé à chacune page, & ſigné à la fin de chacune ſeance par celuy qui aura preſidé, & par les Grands-Croix, Commandeurs & Chevaliers nommés pour la conduite des affaires de l'Ordre, qui y auront aſſiſté, à peine de nullité.

XXVIII.

Nous avons doté & dotons ledit Ordre de 300000. liv. de rente par chacun an en bien & revenus purement temporels que Nous deſtinerons à cet effet, & cependant Nous ferons remettre tous les ans ſur le fonds qui y ſera par Nous deſtiné, pareille ſomme de 300000. l. entre les mains du Treſorier dudit Ordre pour eſtre par luy payée & diſtribuée ſuivant les deux eſtats qui ſeront par Nous arreſtés au commencement de chacune année, l'un pour les Officiers de nos Troupes de Terre, qui ſera ſigné par le Secretaire d'Etat ayant le departement de la Guerre, & l'autre pour les Officiers de la Marine & des Galeres, qui ſera ſigné par le Secretaire d'Eſtat ayant le departement de la Marine & des Galeres; SÇAVOIR, 48000. liv. aux huit Grands-Croix, à raiſon de ſix mille livres chacun; 32000. l. à huit Commandeurs, à raiſon de 4000. liv. chacun; 48000. l. aux ſeize autre Commandeurs, à raiſon de 3000. l. chacun; pareille ſomme de 48000. l. à vingt-quatre Chevaliers,

valiers, à raiſon de 2000. l. chacun; 36000. l. à vingt-quatre autres Chevaliers, à raiſon de 1500. l. chacun; 48000. l. à quarante-huit autres Chevaliers, à raiſon de mille livres chacun; & 25600. liv. à trente-deux autres Chevaliers, à raiſon de 800. l. chacun; 4000. l. au Treſorier; 3000. l. au Greffier; 1400. l. à l'Huſſier, pour leurs gages, frais de compte, Regiſtres & autres; le tout par chacun an, dont le payement ſe fera par le Tréſorier auſdits Grands-Croix, Commandeurs & Chevaliers, compris eſdits etats de ſix mois en ſix mois, & les ſix mille liv. reſtant pour les Croix & autres dépenſes impreveuës, dont l'employ ne pourra eſtre fait que par nos ordres.

XXIX.

Les ſommes par Nous ordonnées aux Grands-Croix, Commandeurs & Chevaliers dudit Ordre de ſaint Loüis, ne pourront eſtre ſaiſies pour quelque cauſe que ce ſoit.

XXX.

Le Treſorier de l'Ordre de ſaint Loüis comptera tous les ans de ſon maniement, depuis le premier Janvier, juſqu'au dernier Decembre, & ſera tenu de preſenter dans le dernier Janvier au pluſtard de chacune année, le compte de l'année precedente par luy affirmé ſous la peine du quadruple, avec le double du même compte, les états par Nous arrêtés, & les acquits & pieces juſtificatives par luy paraphés; autrement & à faute par ledit Treſorier d'y ſatisfaire dans ledit temps, & iceluy paſſé, il y ſera contraint, & ſa caution ſolidairement comme pour nos deniers & affaires.

XXXI.

Le Compte preſenté par le Treſorier ſera examiné & verifié, tant en recette, qu'en dépenſe, clos & arreſté par nôtre amé & feal Chancelier & Garde des Sceaux de France, les deux Secretaires d'Etat ayant le departement de la Guerre, & de la Marine & des Galeres, & les Grands-

Croix,

Croix, Commandeurs & Chevaliers nommés pour la conduite des affaires de l'Ordre pendant l'année lors courante ; & ſeront les apoſtilles & etats finaux écrits, tant ſur les originaux, que ſur les doubles des comptes par le Greffier de l'Ordre, & ſignés à la fin par tous ceux qui y auront aſſiſté.

## XXXII.

Il ne pourra eſtre alloüé au Treſorier aucune autre dépenſe que celles contenuës dans les états par Nous arrêtés, & en cas que la recette excede la dépenſe, les deniers qui ſe trouveront de reſte és mains du Treſorier, ne pourront eſtre employés que par nos ordres, qu'il ſera tenu de rapporter avec les quittances pardevant ceux qui auront arrêté ſon compte, pour en faire entierement décharger le debet.

## XXXIII.

Le compte arrêté avec les acquits & pieces juſtificatives, ſera remis dans les Archives de l'Ordre, & le double ſera rendu au Treſorier.

## XXXIV.

Le Treſorier dudit Ordre de ſaint Loüis ne ſera tenu de rendre aucun compte en nos Chambres des comptes ny ailleurs, dont Nous l'avons déchargé & déchargeons par ces Preſentes.

## XXXV.

Les Archives dudit Ordre de ſaint Loüis ſeront tenuës dans une des chambres de nòtre Chaſteau du Louvre à Paris en une ou pluſieurs Armoires fermant à trois clefs, dont les deux Secretaires d'Etat ayans les départemens de la Guerre, & de la Marine, & des Galeres, en garderont chacune une, & la troiſiême demeurera és mains du Greffier.

## XXXVI.

Tous les titres & papiers, concernans les droits & affaires de

QK II m 549



de l'Ordre, ſeront remis aux Archives, & il en ſera commencé par le Greffier un inventaire qui demeurera auſſi dans les Archives, & ſur lequel à meſure qu'il y ſera porté de nouveaux titres, papiers & enſeignemens, le Greffier ſera tenu de les y ajoûter avant que de refermer les Archives. SI DONNONS EN MANDEMENT à nos amés & feaux Conſeillers les Gens tenans nòtre Cour de Parlement à Paris, que le preſent Edit ils ayent à faire lire, publier & regiſtrer, & le contenu en iceluy garder & obſerver ſelon ſa forme & teneur, ſans ſouffrir qu'il y ſoit contrevenu en quelque ſorte & maniere que ce ſoit: CAR tel eſt nòtre plaiſir. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à tousjours, Nous y avons fait mettre nòtre ſcel. DONNE' à Verſailles au mois d'Avril l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt-treize, & de nòtre Regne le cinquantiême. Signé, LOUIS: Et plus bas, par le Roy, PHELYPEAUX. *Viſa*, BOUCHERAT. Et ſcellé.

*Regiſtré, Oüi, & ce requerant le Procureur General du Roy, pour eſtre executé ſelon ſa forme & teneur, ſuivant l'Arreſt de ce jour. A Paris en Parlement le* 10. *Avril* 1693. Signé, DONGOIS.

VD17

Quem non f am Virtutem,

Clari Heroes,

Quem ob in Judicio,

*Ger nue,*

# PHIL RICE

# WI IM,

*Prætor a ujus Reip.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Ob tot beneficioru n me animadverto,

ſummo c everentiâ,

Ho eſt,

grati animi declarandi,

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

cliente menta,

*Tuique qu e perpetuo,*

JO IO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-11595-p0045-7